

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Adami Rechenbergi Consensus Orthodoxus Cum Verbo
Dei, libris Symbolicis & probatissimis Theologis gnēsiōs
Lutheranis, inprimis Saxonis antiquis, De Gratiae
Divinae Terminis, oppositus Malevolorum ...**

Rechenberg, Adam

Lipsiae, 1701


urn:nbn:de:bsz:31-105727

III

Gymn 4770

~~I B 2 12~~

g 9160



D. ADAMI RECHENBERGI
CONSENSUS
ORTHODOXUS

Cum
Verbo Dei, libris Symbolicis & proba-
tissimis Theologis *γνηστας* Lutheranis,
inprimis Saxonicis antiquis,

De
GRATIÆ DIVINÆ TERMINO,
oppositus

Malevolorum novaturientium.

per calumniam confecto

DISSENSUI.

LIPSIÆ,

Apud JOH. HEINICHII Viduam.

Literis Richterianis, 1701.

17 an Gym 4770

D. ADAM RECHENBERG

Psal. XII. v. 5. 6.

Qui dicunt; lingua nostra praevalerimus; labia nostra nobiscum; quis dominus nobis? Ob devastationem miserorum, ob gemitum egenorum iam surgam, dicit JEHOVAH; ponam in salute (eum) quem exsufflat (impius.)

It. CXIX. 15. 163.

Recedite a me mali; custodiam enim praecepta Dei mei. Mendacium odi & detestor; legem Tuam amo.

Ezech. XIII. 16. seqq.

Prophetae Israëlites prophetantes Hierosolyma, & videntes illi visionem pacis, cum non pax, &c. ad occidendum animas, quae non mori debent, & ad vivificandum, quae non vivere debent, dum mentimini populo meo, audientibus mendacium.

Augustin. in Pl. C. Tom. IIX. col. 122. b.

Ergo fratres, quoniam habemus tempus misericordiae, non nobis blandiamur, non nos dimittamus, non dicamus:
SEMPER PARCIT DEUS.

JOH. HEINRICH VILDMAN

1711



Gratiam JESU Christi!

L. B.



Uid viro cordato & Christiano sit faciendum, si ejus fama, ob doctrinam ex divinis literis ac orthodoxorum optimorumque Theologorum consensu assertam, publice per disseminatas maledicas chartas impetatur & laceretur, anceps quæstio est; Silentione ac contemptu adversus tales famæ latrones utendum sit; an vero eorundem improbitas calamo in autores stricto sit ulciscenda? Qui Christianam mansuetudinem, ut par est, hac in parte commendant, Apostoli 2. Cor. VI. 8. allegant, atque ejusmodi malignas sycophantarum chartas, ut latratus canum, spernendas esse, disse-runt: præsertim si ipse scribendi modus tales calumniatores improbitatis manifesto arguat. Quippe cum veritas aperta via incedere gaudeat, sycophantæ vero furtivis tramitibus grassari soleant; falsæ doctrinæ conficta crimina in innocentem & orthodoxum virum jacta perire & exolescere, nec apud æquos & cordatos Christianos fidem invenire; imprimis si quis orthodoxiæ suæ publica specimina ediderit, pluresque veritatis diviniæ, quam profitetur, testes jam excitarit, quam sycophantæ isti forte inspexerint aut norint. Ex adverso autem constat, famæ Christiani Doctoris, utut maxime in publica luce vivat, non semper satis caveri tacito calumniarum contemptu, quæ per insidias hominum aliqua dignitate in Ecclesia pollentium probabi-

bilitatis quadam specie adornatae sint, nisi justis modis abster-
 gantur, & earum autores suae malitiae convincantur. Exem-
 plum enim & monitum S. Pauli hic locum habere debet, ne ho-
 nestae famae sumus prodigi, aut nos ob Divinae veritatis professi-
 onem contemni, vel suspectos reddi patiamur, *1. Cor. IX. 15. Tit.*
II. 15. Neque enim omnibus adeo cogniti sumus, ut per se li-
 quido vera à falsis discernere norint. Multis per alias occupa-
 tiones non vacat, ex nostris scriptis calumniantium artes & stro-
 phas investigare, aut verum a falso tumultuariè velut dignoscere.
 Multos praëjudicium autoritatis fascinat. Taceo, quod non ad-
 eo multis ea sit rerum divinarum atq; verae orthodoxiae peritia,
 ut suoapte ingenio vel proprio Marte aera lupinis, orthodoxa ab he-
 terodoxis solide discernere queant: etsi aliquot distinctiunculas
 forte in promptu habent. Quod si accedat, ut falsi fratres, or-
 thodoxiae vocabulum crepantes, in societatem clandestinam per
 literas encyclicas, aut emissos circumcelliones coiverint, & his
 velut cuniculis, in Papatu aliàs usitatis, ad subruendam nostram
 famam aut evertendam fortunam, sub zeli religionis falso jacta-
 ti nomine quaeratur; non tacendum amplius, sed in foedos ac
 publicos hujus surfuris insidiatores ac hostes veritatis arma justa
 vibranda sunt, Deusque, qui ἐκδικὸν ὄμμα habet, simul exorandus,
 ut istos confundat, &, si repiscere nolint, dissipet, pessundet.

Atque istae rationes me quoq; jam subigunt, ut stylum ex-
 temporaneum, in autorem improbe conficti *DISSENSUS*, (quis-
 quis ille, sive *Veterator*, sive *Novator* sit) stringam, publicasque
 pessimo in Ecclesiam exemplo sparsas calumnias diluam, verique
 nominis orthodoxiam nostratium vindicem.

Si per temporis angustiam mihi integrum foret, antequam
 ad ipsum confictum *Dissensum* evolvendum & discutiendum
 accessissem, simile facinus Theologis orthodoxis & Christianis
 indignum paulo fusius enarrassem; quomodo post *Consensum*
Repetitum, adversus D. Calixtum cufum, *Dissensus Theologorum*
Jenensium (D. Joh. Musæi *ἄν ἐν ἀγίοις*, & qui Ecclesiae bono ad-
 huc

huc vivit, venerandi D. Friderici Bechmanni) à suis Majoribus & Prædecessoribus Wittebergæ fabricatus, ac contra Summi Magistratus mandatum divulgatus, fisco illatus fuerit. Verum ut illa male-consulti zeli specimina hic præteream, non dissimile improbitatis documentum *novi Dissensus* impudens architectus jam edidit: nisi quod benignius mecum agere visus sit, quod in puncto de gratia divina, circa ejus terminum, *meum dissensum ab orthodoxis Electoralibus*, pro sua modestia tantum notarit; cætera nullum mihi *dissensum à S. Scriptura & libris Symbolicis* exprobrarit. Credere quis possit, illum Vincentii Lirinensis sententiam, quæ ultra dimidium seculi, ab *orthodoxis Electoralibus* alias impugnata fuit, fovere; nempe orthodoxiæ in Ecclesia normam vel principium secundarium, esse *Doctorum consensum*. De quo tamen hic anquirere non vacat. Id vero mirari quis posset, cur *Compiler Dissensus* Cassiodori verba de *Antecessoribus suis*, quæ allium & cepe, hoc est, ollas Ægyptiacas olent, adduxerit. Quo ipso sane beatis viris injuriam post cineres haut levem intulit. Sed transeant ista cum lepida inscriptione & voto *sanctæ & electæ Ecclesiæ* facta, qua sanctissimum & dilectissimum Sponsum Ecclesiæ Dei Filium, salutantem & loquentem puerili more fingit.

Svaviter inde *piissimam matrem* compellat pietatis osor, ejusque sortem, ob excitata à se & confratribus suis certamina, afflictam merito dolet. Pœnitere vero etiam debuisset propter vulnera ipsorum culpa hæctenus isti inflicta & scandala inde enata maxima. Tametsi enim, ut addit, veritas divina inde enitescere magis cœpit; improbitas tamen ita *præliantium*, hoc est, temerè rixantium, eo non excusatur. Enimvero quod manifestas simul calumnias inspergit, id seriam pœnitentiam haud arguit: quin potius malitiam prodit apertam. Qui enim mihi *Novatianorum* crimen impingit, aut me convitio *Terministæ*, vocabulo, per scelus turbandæ magis Ecclesiæ invento adspersit, eum non possum non impudentem Sycophantam nominare. Istorum

enim errorem publice rejeci atque confutavi, nec alium *gratia terminum*, quam à Formula Concordiæ & veteranis nostræ Ecclesiæ Theologis assertum uspiam statui. Quare improbe verba Salomonis, etsi inepte interpolata, Prov. XXII, 18. huc trahuntur. Qui proponit *punctum de gratia divina absque termino in ultimum terminum decurrente*, is novis Terminisæ amphiboliis ludit, atque lectoribus & studiosæ juventuti illudit. Si *novus gratiæ præco*, lepido *Compileri* dissensus sum, cur ipsius confrater *gratiæ hostem* me non ita pridem per calumniam vocavit? An qui *gratiam* prædicat, illam *perimit*? Illi ipsi falsi fratres veterem *Huberianismum* incrustant. Alia tantum loquuntur lingua, & apertum gratiæ vocant ostium, quod Huberus electionem dixit universalem. Hujus certe Huberi allium & cepe olent verba novaturientium, si cum Cassiodoro ita loqui licet. Opus ergo est Hunniis, Rungis, Hutteris, Meisneris, qui erroneam sententiam destruant. Sed *piissimæ matris* filius foricis instar, *ἀνεστίαν* cum *simulata pietate* ipsemet prodere voluit. Certamina enim sub initium insipidi alloquii detestatus, mox successum eorum felicem à DEO exorare contendit. Sane qui tua, *Compiler*, & confratrum tuorum certamina *prælia Domini* appellat, eum cum ratione insanire dixerim. Tantum enim illa ab his, quantum Christus & Belial distant. Ideo, nisi resipueris, improbas tuas preces, quas recitas; non exaudiet Deus, Joh. IX, 31. Præsertim cum, quos insipide *veteranos milites* appellas, Theologos injuria afficis, ac contra sanam ipsorum doctrinam, *pium orbem* eorum *favillas deosculari*, garris. An hunc supersticiosum cultum te, *Compiler*, illi docuere? Nolim ego credere. Patiar tamen te istarum *deoscultationi* vel immori; tummodo me non ita proterve ob assertam veritatem divinam lacesivisses, novumque scandalum præbuisses. Veterani milites, præsertim Triarii non aniculari more convitiis, sed justis armis certant. Si boni viri, (non dicam *pii Christiani* ne forte & hoc suspectum sit) nomen amas atque tueri vis, demon-

monstres, ubi ego *nova, aliena, monstrosa, perplexa & antea nec lecta nec audita, suspecta & invisæ sanctæ Ecclesiæ Jesu Christi tradiderim*, aut te *insanire ac calumniari cordati lectores dixerint*. Quo, ne tibi injuria fiat, mox contrarium ex sanæ Theologiæ Doctoribus Electoralibus ostendam. Quantum enim ex tuis verbis intelligo, meam disputationem jam ante XXIIII annos de *sana in Theologia curiositate* non inspexisti: alias insipido scommate non in me lusisses, qui ante viginti & octo annos sanam Theologiam professus sum; etsi tibi titulo novus Theologiæ professor videar. Illo jam tempore malesanam securitatem ex inauspicato indurationis malo proveniente, ex Hülsemanno & Dannhauero didiceram, novaturientibus parasitis licet invisam. Periculum, quod Ecclesiæ à *termino salutis peremptorio* metuis, vanissimum est, quod tui similes præcones securitatis nuper demum commenti sunt, ut populo placerent, haberentque *μορμολύκειον*, quod allatrarent, meque apud imperitos diffamarent. Si veteres Theologos *Electorales orthodoxos* evolvises, aut mea de hoc scripta inspexisses, *terminus gratiæ*, quem illi *peremptorium, fixum, decisum, prædeterminatum* vocant, tibi & confratribus tuis citius innotuisset.

Ut autem istos evolvendi labore superfedere queas, en loca ex istis desumpta dabo. Ita enim D. Polycarpus Lyserus de Ecclesia Saxonica optime olim meritis in *Adamo h. e. in theolog. exposit. 1. part. Genes. c. IV, p. 408. sq. Si hoc (vocem Dei audire) negligamus, venit tandem TERMINUS ILLE PEREMPTORIUS, nunc, quo Deus iram & maledictionem effundit. Atque hic Deus TEMPUS inter hominem & se distribuit. Hominem expectat, tota die ad pœnitentiam: ipse postea v̄v & quasi modicum temporis arripit ad pœnam*. D. Hutterus in *LL. Commun. f. 799. seq.* Hinc passim, scribit, etiam in *Scripturis legitur, impiis CERTUM POENITENTIÆ TEMPUS ESSE PRÆFINITUM*, *Genes. XV, 15. Es. V, 2. Job. XXII, 23. Matib. XXIII, 32. Luc. XIII, 7. 1. Thess. II, 16.* Hülsemannus, vir incomparabilis, in

Vindic.

Vindic. Script. LL. Class. art. XXIX. p. 97. Peccatum in Spiritum S. scribit, esse irremissibile, non tantum de facto (ut Novatores nostri volunt) sed etiam ex DECRETO DEI PEREMTORIO & irrevocabili, etsi non absoluto, sed fundato in praeexistente conditione. Si hi triumviri Veteratori non sufficiunt, inspiciat Geieri, viri, dum viveret, summi, comment. in Ps. XXX. 6. f. 502. Tempus gratia non est illimitatum, aut in hominis arbitrio positum; verum à Deo benignissimo ratione loci, TEMPORIS, PERSONÆ, modi, sapientissime determinatum; Luc. XIX, 41. Jes. XLIX, 8. Ps. CII, 14. LXIX, 14. 1. Cor. VI, 2. Prov. I, 24. sqq. Certa cuius rei, PERSONÆ, regno divinitus est CONSTITUTA PERIODUS, Job. XIV, 5. 13. XXIX, 26. Ps. XXXIX, 6. Idem, Israëlitis RESIPISCENTIÆ SPATIUM A DEO DECISUM vocat. Comment. in Daniel. c. V. f. 443. Quibusdam prolixum conceditur resipiscendi spatium, quidam vero cum Belsazare mox abripiuntur post denunciationem SENTENTIÆ PEREMPTORIÆ. D. Rappoltus Opp. theol. p. 2234. DEUS TERMINUM VELUT PEREMPTORIUM agenda penitentia constituit. Plura hujus generis loca alibi allegavi. Si hæc Compilatori non sunt nova, aliena, monstrosa, perplexa & antea nec lecta, nec audita, nec visa, certissimo argumento est, eum vel parum in orthodoxorum Electoralium scriptis versatum esse, aut data opera calumniari voluisse. Desinat ergo Spenerum in gratiam improborum, & Bæsum supra invidiam & calumnias positum diffamare, verbisque sanctissimi Apostoli ita frivole ad calumniandum abuti. Carnales vocat Paulus & secundum hominem ambulare dicit, in quibus ejusmodi est æmulatio & contentio & factiones, 1. Cor. III, 3. Quid nos sumus nisi ministri? itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum, Deus, v. 7. Credo autem Compilatori Dissensus, quod in controversia, ut ipse quidem proponit, Deus nihil fecerit. Credo etiam, quod si minus novi Theologi, tamen Ecclesiæ Doctores cordati, quibus divina veritas pluris est, quam certorum hominum favor, justam sententiam pronunciaturi sint. Rechenbergius, autem, qui

qui animum adversus omnes sycophantias jam obfirmavit, nec in insidiis adhuc latentes Sycophantarum manipulos extimescit, sed veritatem cœlestem, DEO juvante, ulterius asserturus, *questiones* a te sophisticè propositas ex *orthodoxorum Electoralium* imprimis sententiis jam discutiet, & te, *Compiler impudens*, si adhuc erubescere potes, in ruborem dabit, ut forte resipiscere discas.

DISSENSUS PER CALUMNIAM CONFICTI

QUÆST. I.

Utrum peccator termino quodam peremptorio longè ante obitum, omni gratia divina atque salutis recuperatione excludatur?

Ad hanc respondet *Compiler*: *Affirmat questionem D. Rechenbergius in Disp. de Termino Grat. revocat. §. 32. Deus voluntate consequente judiciaria in aeterno & sapiente consilio, peccatoribus gratia terminum, qui non semper usque ad mortem protenditur, constituit.*

Animadversio.

IN hac responsione *Compiler* ter quaterve mentitur: Nam
 1) ego non de *peccatore quovis* in genere, sed ut verba mea Disputationis §. 16. 17. 32. habent, *determinatè* de peccatoribus *contumacibus, refractariis, induratis* &c. ut §. 15. 16. sqq. allegatis describuntur loquor: 2) *Terminum simpliciter, non peremptorium* dixi. 3) Verba *longe ante obitum*, malignè infarcit *Quæstionarius*.

Terminum gratie non semper usq. ad mortem protendi, cum Dannhauero & aliis Theologis orthodoxis tantum dixi. 4) Ex suo cerebro addit peccatorem, indeterminatè dictum, omni gratia diuina atq. salutis recuperatione excludi, quod nunquam asserui. Parum abest, quin Apologia Aug. Conf. art. VI. p. 186. verba hic usurpem: Quis docuit istum --- hanc Dialecticam? Sed hac neque Dialectica, neque Sophistica est, sed est Sycophantica. Quæstio in Disput. de term. Grat. reuocat. §. 16. à me proposita hæc est: An Deus ex voluntate consequente iudiciaria, omnibus relapsis, apostatis, refractariis, obstinatis, excecatis & induratis peccatoribus gratiam reuocatricem, usque ad vitæ finem offerre semper & impertire promiserit; an vero pro sapientia & iustitia sua in consilio aeterno ex voluntate consequente, certum gratie non iterande terminum constituerit? Ad hujus quæstionis duo membra §. 17. sqq. ex nostratibus Theologis distinctè responsum fuit.

Sycophantrica ergo hac quæstionis mutilatione demonstrata, repetitione testimoniorum, quæ ex nostro B. D. Kromayero, Pfeiffero & Balduino frivole opponuntur, superfedere possum. Quæ enim istorum, de peccatorum induratorum, in mea Disputatione descriptorum exclusione a diuina gratia, in hac vita sit sententia, multis aliis jam locis abunde exposui. Non piget tamen ex illis pauca in gratiam beneuoli Lectoris repetere.

Ita vero B. Præceptor olim meus, *Kromayerus in Theol. Polem. art. VIII. de Peccato*, pag. m. 524. *irremissibile* (peccatum in Sp. S.) vocatur, quatenus requisitorum nullum deest. Quod itaque de reprobis, si queritur, an Christus pro iisdem sit mortuus, respondemus: idem de peccantibus in Spir. S. respondendum iudicamus. Christus passus est pro iis, qui sunt reprobi, non quatenus sunt reprobi. NB. Pro impenitentia enim & incredulitate finali passus non est: quippe que damnationem ipso ætè infert, secundum istud Marc. XVI. 16. Sic Christum pro iis, qui peccatum in Spiritum S. committunt, non quatenus tale peccatum committunt, passum & mortuum esse, dicere possumus. Quod Compileris confrater Lipsiensis

ensis etiam jam obiter notare potest, qui particulam reduplicativam *quatenus* hic usurpatam, ex hypothese Huberiana, subinde allatrat. Peccatores autem in Sp. S. esse *induratos* constat, & pro his, quatenus tales, Christum esse mortuum, Kronmayerus noster ex sententia B. Hoëpfneri negat. Unde ergo illis gratia ante mortem expectanda?

Idem *Kronmayerus artic. IX. p. 555.* cum B. Hunnio Theologo Wittebergense statuit, Deum ex justo iudicio propter gratiæ oblatae & ante acceptae contemptum, gratiam refractariis & induratis auferre, ut postmodum audientes verbum non convertantur.

Quando autem iste loco, a *Compilatore* allegato scribit: *gratia portam, quamdiu sumus in hac vita*, patere, ipse de sero & serio pœnitentibus, non vero prorsus induratis exponit. Ac etsi simul moneat, ne damnatorium calculum adversus eos, qui pœnitentiæ signa autem egressum ex hac vita ediderint, precipitanter feramus; mihi tamen hæc monitio non obstat, cum eandem ex Chemnitio & Dannhauero semel atq; iterum inculcarim. Ne quis tamen ogganniat, cum regno gratiæ non simul stare regnum iustitiæ, aut omnem tantum iustitiam post hanc vitam exerceri; non sine causa aliquoties ex Rom. XI. 22. monui, cum gratia simul iustitiam Dei in hac vita attendendam esse. Quod & Augustinus & alii saniores Theologi requirunt.

D. Pfeifferi locus a *Compilatore* allegatus itidem contra mentem Autoris detorquetur. Nam is in *Conc. II. artic. XII. A. C. p. 715.* scribit: Weist du nicht / ob dieser heutige Tag dir zur Welt werde bringen Leben oder Todt / Gnade oder Ungnade. Es ist ja erstlich bey dir immer *periculum amittenda vite*, p. 719. Ist wohl zu bedenden NB. *periculum amittenda gratia* p. 720. per privationem rationis, p. 721. per denegationem devotionis. p. 370. Ob nun wohl Gott an keine gewisse Zeit und Zahl gebunden ist; auch keinen Menschen schlechter Dings seine Gnade abgefagt / NB. so hat er doch einem ieden Menschen sein gewiß Gnaden-Ziel gefagt / da

er seine Gnade ihm anbieten/ oder auff Befinden endlich gar abschneiden will. Idem tradit in der Christen-Schule/ p. 366. sqq. Item in *Anti-Melanch.* 1.2. c. 20. p. 1027. Gott pflegt auch wohl ob gravem contumaciam, wegen übermachten Ungehorsams willen/ und wenn er lange genug den Buß-Verächter aufffordert hat/ NB. noch in der Lebens-Zeit aus gerechtem Gerichte/ den *ambitum gratie*, das Maas und Ziel der Gnaden zu *pracidiren* und abzuschneiden. 1. Sam. II, 30. &c. quod lib. 2. *Anti-Mel.* c. 13. p. 868. repetit.

B. D. *Balduini* verba allegata, de gratia Dei tardius quosdam vocante loqvuntur, quo de hic nulla est quaestio. Alibi cum de statu penitus induratorum agit, ut in *Comment. in Epist. ad Rom.* c. IX. fol. 285. mentem suam clarius de his exponit: *Deus neminem sua gratia deserit, nisi ab eo prius aliquoties fuerit desertus*, NB. *in cuius contumacia poenam, duritiem illam hominis indurati relinquit.* Idem in 2. Cor. II. f. 585. *Qui deserunt Dominum Deum suum, se quoque deserturum ipsos*, NB. *nec permisurum ut convertantur, sed ut induratos & in reprobam mentem traditos relicturum in peccatis suis*, dicit. Inde l. 1. de *Conscient.* c. XV. p. 31. scribit, *in induratis conscientiam in officio suo semper impediri, talesque sine poenitentia perire &c.* Quod *Formula Concord. artic. XI.* p. 812. 820. quoque asserit.

QUÆST. II.

Utrum dentur in hac vita homines, quibus ante mortem omnis gratia & porta occlusa est, ut nullam poenitentiam, etiamsi velint, agere possint?

Responsio Compilatoris Dissensus:

Affirmat illam D. *Rechenbergius* de *statu indur.* §. 28. & contra *Responsum Witteb.* p. 14. rotunde scribit: *Der ganz verstockte Sünder wird nicht mehr zur Gnade gelassen.*
Anim-

Animadversio:

Hic *Compiler* in allegatione §. 28. erravit, cum XXIX. & XXXIV. citare forte voluerit. Interim quod *affirmativam* attinet sententiam, illam meam esse, lubenter agnosco. Hausi vero illam ex B. *Luthero Tom. IV. Altenb. f. 316. a. 544. a. Tom. VII. Altenb. f. 151.* ubi totidem verbis legitur. v. *Additam. meum I. ad Proposit. p. 18. 19. 20. 21.* Lutherus exempli loco peccatores in Spiritum S. Pharaonem, Judam &c. allegat. Causa tamen hujus miserrimi status non est in Deo, sed in hominis totali & consummata induratione quaerenda, quam in *Dissut. de Indurat. §. 29.* ex consensu orthodoxorum Theologorum & imprimis B. D. *Wilb. Lyseri, Theologi Wittebergensis accuratissimi, System. pag. 1489.* probavi.

Ante hunc vero idem Wittebergæ docuerat B. *Æg. Hunnius Part. II. Postill. f. 376.* cujus verba expressa, in all. *Disput. pag. 33.* Da aber ein Mensch auß Gottes Barmherzigkeit aus nachwilligem Firsas so freventlich sündiget; dem soll durch Gottes Bericht nicht zu theil werden/ daß er sich von Grund des Herzens bekehren/ oder wahrhafftig und mit solcher Zuversicht an Jesum Christum gläuben könne/ die wider die letzte Ansechtung des Teuffels und der Sünden bestehen könne/ sondern NB. Gott entzeucht solchen nachwilligen unbußfertigen Frevlern NB. seine Göttliche Gnade und Krafft zur Bekehrung/ und ohne alle Barmherzigkeit läßt er sie in ihren Nöthen strecken/ wie sie haben verdient. Unde *Hunnii* verba, quæ *Compiler* ex ejusdem *Conc. 3. in cap. IV. Mich.* adducit, cum de voluntate Dei antecedente, tum de quibusdam ex populo rejecto nihilominus subinde convertendis intelligi debeant, perperam in suam sententiam trahit. Nam *Form. Concord. p. 813.* diserte docet: *esse hæc digna peccatis supplicia, si Deus totam aliquam provinciam aut gentem propter verbi divini contemptum ita punit, ut hoc ingens malum in ipsorum posteritatem redundet &c.*

D. Hutterus autem citato, a *Compilatore*, loco, contra Novatianorum errorem, quem semper rejeci, recte disputat; adeoque non de totaliter induratis, de quibus hic quaestio est, loquitur. Cum ipse in *Loc. Commun. f. 799.* mecum sentiat. *Aliqui tamen*, ait, NB. *ita reprobantur à Deo in hoc mundo propter peccata quaedam gravissima, ut gratiam salutis non superabundantem tantum, sed SUFFICIENTEM ETIAM DE FACTO NUNQUAM AMPLIUS CONSEQUANTUR &c.* An vero sine gratia Dei sufficiente quis poenitentiam agere potest? Nemo hoc, nisi Pelagianus dixerit; quicquid de gratia assistente apud induratos aliqui sine Scripturae S. testimonio & sensu comminiscantur.

D. Franzii verba ex *libr. de Interpret. Scriptur.* citata non possum conciliare cum illis, quae iste Theologus doctissimus *Disput. in Aug. Conf. Diss. IX. §. 112. 113. sqq.* habet; quando indurationis statum periculosissimum describit; ita, ut qui in illum deveniunt, sint filii Belial, quales erant filii Eli, inconvertibiles *1. Sam. II. In §. 114.* dicit: *Et praeter Scripturam, habemus etiam experientiam testem, quod tales difficillime aut NB. plane non convertantur, qui Spiritui S. tam petulanter & diu reluctantur. Non enim Satan NB. patitur eos agere poenitentiam unquam, sed providet, ut in impoenitentia moriantur.* Inde Pharaonis & Aegyptiorum & §. 118. ex *Matth. XIII. Marc. III. Luc. XI.* Pharisaeorum & Judaeorum exempla allegat. §. 121. addit: *Processus iste, ubi Spiritus S. deserit petulanter renitentem & Satanae succedenti locum concedit, dicitur NB. subtractio gratiae Dei.* Non quod Deus ulli homini gratiam suam illuminantem invidet, utpote quam omnibus offert; sed NB. *QUOD DEUS NON VELIT AMPLIUS ADESSE ILLIS, AUT CONVERTERE NOVA ALIQUA EXTRAORDINARIA GRATIA & illuminatione illos, qui ordinaria & regularia media contemnunt pertinaciter & sine fine reluctantur Spiritui S., ut ex doctrina de libero arbitrio constat prolixius.* Unde ergo convertendi potentia, si a Deo penitus deserti, in potestate Satanae haerent manentque?

His

His ex B. Franzio admislis, non video, ut dici queat, Dei mentem esse, ut indurati & dati diabolis ex tantis atrocibus diabolicis sceleribus suam pœnam, quam Deus juste infligit, agnoscere & sibi consulere discant. Nisi dicere velis, Franzium hæc, ut verisimile videtur, de primis indurationis gradibus intellexisse. Ex his enim per divinam gratiam peccatores eluctari posse, nemo negarit. Sane *Formula Concord. artic. XI. pag. 820.* docet, non tantum Dominum peccata peccatis punire EXCOECATIONE & INDURATIONE; sed etiam, quod præter voluntatem Dei gratiosam voluntas ejus hæc sit revelata: quod eos, qui sponte sese a sancto DEI mandato avertunt, in coinquinationes mundi se denuo implicant & Satane cor adornant, Spiritumque gratie contumelia afficiunt, severissimè punire velit: & quod tales, si in impietate perseveraverint, INDURANDI, EXCOECANDI ET IN ÆTERNUM DAMNANDI SINT. Ubi subjicitur exemplum Pharaonis, a quo NB. Dominus MANUM SUAM RETRAXIT, EUM DESERUIT: atq; ita cor ipsius induratum est, & Dominus justum judicium suum adversus eum exseruit. Ubi hic remanet gratia assistens aut convertens, quam aliqui in obduratorum gratiam confingunt superstitem?

B. nostri Rappolti autoritas frustra obvertitur: quid enim ille docuit aut sensit, ipse Compilatore ego discipulus ejus rectius novi. Cautè ille distinguit inter excœcationem antecedentem i. e. partialem vel sanabilem; & inter finalem, i. e. perseverantem, totalem & insanabilem, asseritque totalem omnium mediorum, per quæ ad salutem perveniri potest, privationem propria culpa contrahi. vid. *Epist. ad Rosteuscb. p. 36.*

B. D. Carpzovium sibi ipsi cit. loc. & aliis Theologis orthodoxis non contradixisse, mihi persuasissimum est: Quandoquidem passim in suis homiliis de hac quæstione clarius mentem suam exposuit. Ita enim in *Concion. pœnitent. de HODIE* p. 100. Du weißt nicht / ob nicht noch Heute mit dem Ende des Tages / das Ende NB. dieser zu deiner Busse bestimmten Zeit da

da sey/ & pag. 101. Wie wenn Gott beschloffen hätte/das mit der
 Sonnen auch NB. seine Gnade untergehe / und NB. du her-
 nach dem Satan übergeben würdest/ der dein Herz mehr und
 mehr verhärte und verstocke ic. Item in den Tugend-Sprüchen
 XLV. p. 820. Diese Gnade Gottes währet so lange/ als er einen
 jedweden Zeit gesetzt hat/ derselbigen zu genießen ic. p. 831. Wer
 aber ja selbst muthwillig Gottes Gnade verachtet / und die Zeit der
 Bussse und Besserung vorbej lässt/ der wirds einmahl zu späte be-
 reuen / wenn er Gottes Gnade vergebens suchet / und nim-
 mer findet ic. Idem in concione funebri in exsequiis uxoris
 Davidis de Müller an. 1686. ex Psal. XXXI. 6. habita: Wer gott-
 los lebet und sich gleichsam von Gottes Händen losreisset / und in
 des Teuffels Stricken gehet/ von dem er gefangen ist zu seinem Wil-
 len/ der wird NB. schwerlich in der Todesstunde daraus nüchtern
 werden. 2. Timoth. II, 26. Des hält hernach der Satan die See-
 le/ die doch so theuer erlöset ist/ fest/ das/ wie sie im Leben sein gewesen/
 sein auch im Tode bleibe / und mit ihm behalten werde zum Ge-
 richte / 2. Petr. II, 4. Gott ist zwar ein getreuer Gott / und hält
 seinen Bund unverbrüchlich; Wer sich aber selbst von Gott los-
 reisset / seine Gnade verachtet und außs Kerbholz muthwillig sün-
 diget / der wird schwerlich in der Stunde / da es ohne dem schwer
 hält / wiederum erneuert werden zur Bussse: Ich fürchte für-
 war die Göttliche Gnad / die er allzeit verspottet hat / wird schwer-
 lich ob ihn schweben. Gott siehet lange zu / und lässt durch seine
 Prediger warnen / straffen / vermahnem; wer nicht hören noch fol-
 gen will / sondern verstopffet seine Ohren / wie eine taube Otter / Pl.
 LVIII, 5. für dem verstopffet hernach Gott seine Ohren wieder /
 wenn er NB. in der Stunde des herannahenden Todes / da
 Noth an mann gehet / zu ihm schreyet. Den Schwächer / wel-
 cher Zeit seines Lebens ein böser Dube gewesen / hörte der HErr
 Jesus in der Todes-Stunde / da er um Gnade und Aufnehmung
 seiner Seelen bath / und versprach ihm seine Seele mit in Gottes des
 himmlischen Vaters Hände zunehmen / Luc. XXIII, 42, 43. NB.

Man

Man sage mir aber noch ein Exempel aus Heiliger Schrift. Saul / der den HErrn verlassen / schrie und rief in seiner Noth ängstlich genug / aber nicht aus wahrer Busse / NB. darzu ihn der Satan nicht gelangen ließ / sondern nur wegen empfundenen Schmerzen / dahero antwortete ihm der HErr auch nicht / bis er endlich in seiner Verzweiffelung dahin fuhr. 1. Sam. XXVIII. 6. XXXI. 4. NB. Das hat der gerechte Gott genug gedräuet. Weil ich denn ruffe / und ihr weget euch / ich recke meine Hand aus und niemand achtet drauff / und lasset allen meinen Rath / und wollet meiner Straffe nicht / so will ich auch lachen in eurem Unfall / und euer spotten / wenn da kömmt / das ihr fürchtet. Denn werden sie mir ruffen (da macht der sel. Autor selber ein NB.) aber ich werde nicht antworten zc. Proverb. I, 24. seqq. Es sind oft erschreckliche Exempel im Tode der Sterbenden vorgegangen / da sie ihre Seele aus Verzweiffelung in des Teuffels Hände befehlen zc. Similia de statu induratorum passim B. Geierus habet, quæ alibi adduximus. In conc. funebri in memoriam Susannæ Herbrandin, Dresdenæ ex Psal. XXV, 15. habita, ubi cum de consuetudine perseverandi in peccatis mortalibus disseruisset graviter, subdit: **Und eben das heisset: aus des Satans Stricken nicht können wieder nüchtern werden / von denen sie gefangen sind zu seinem Willen /** 2. Timoth. II, 25, 26. Denen ist das prognosticon gestellt: **Siehe ich gedencke über das Geschlechte Böses zc.** Sap. XVII, 2. B. Balduinus Comment. in 2. Timoth. II. f. 1431. Scriptura alibi dicit, tales (peccatores induratos) venundatos sub peccato, 1. Reg. XXI, 20, 25. 1. Maccab. I, 16. filios Belial, Deut. XXXI, 13. 2. Paralip. XIII, 7. &c. *Hos inebriavit Satan voluptatibus & honoribus seculi hujus ad libitum usq., ut non possint videre, quæ e re sua sunt: itaq. quasi ratione orbati ducuntur ab ipso (Diabolo) ex scelere uno in aliud, donec mensura iniquitatis fuerit impleta: quod tristissima Saulis, Achabi, Judæ & similium exempla testantur.*

Ut ergo Carpzovium Carpzovio conciliemus, ipse in loco a *Compilatore Dissensus* allegato, de voluntate Dei antecedente gratio-

C

gratio-

gratiosa erga omnes etiam relapsos loquitur; quod dicta Es. LXV.
2. Rom. X, 22. citata testantur. Confer ipsius Expositiones tex-
tuum pœnitential. ex Jerem. XIV. 19. p. 156. sqq.

QUÆST. III.

Utrum dentur in hac vita peccatores inconvertibiles?

*Affirmat illam Rechenbergius Disput. de stat. indurat.
S. 24. 29. atq; huc refert Judæos incredulos, quibus
Scriptura præeunte Rom. XI. 7. Johan. XII. 40. Ephes.
IV. 29. πῶρως τῆς καρδίας, Ἐ πνεῦμα κατα-
ξεως adscribitur. Idem affirmat contra Responsum
Wittebergense not. 3. p. II. sed Ἐ in Parænesi ad stu-
diosam Furventutem p. 9.*

Animadversio.

TRuncatim quidem *Compiler Dissensus*, verba mea in qua-
stione hac, quæ ex antecedente consequitur, allegavit; af-
firmativæ tamen meæ sententiæ rationes refellere nescivit. Ob-
vertit igitur iterum tantum aliquot Theologorum loca malè in-
tellecta.

His oppono (1) B. *Lutheri Tom. IV. Altenb. f. 316.* Das ist/ das ich so oft gesagt habe/ Kotten-Geister NB. können nicht wie-
der zu rechte kommen/ denn sie sündigen wider den Heil. Geist/ da
keine Vergebung ewiglich. f. 544. a. Darum bleiben sie (habe ich
Sorge) in der unvergeblichen Sünde/ daß sie nicht können wie-
derkehren. Das ist nun eine schwere Sache/ das nicht allein Sün-
de ist/ darzu sich selber unvergeblich machet. Das wohl eine rech-
te impœnitentia heisset/ daß man NB. keine Reue über Sünde
haben will/ noch kan &c. Item in Præfat. in Jerem. Je näher
die Straffe ist/ ie ärger die Leute werden/ und iemehr man ihnen
predigt/

19
predigt/ ie höher sie es verachten. Daß man greiffe/ wenn GOTT
straffen will/ daß er die Leute verstocken läßt/ auffdaß sie ja ohn
alle Barmhertzigkeit untergehen/ und mit keiner Busse Got-
tes Zorn versühnen. it. *Comment. in Genes. L. f. 149.*

D. Hülsemannus in *Jerem. Cap. XI. II.* Quando ex deser-
tione Dei, homo prorsus induratur atque in sensum reprobum
datur, *tantis superinduitur malis, de quibus NB. exire non poterit,*
& stupore quodam spirituali superatur, de quo dicitur *Proverb.*
XXIII. 34. Rom. 1. 28. Hic enim processus Dei, ut *non habenti, i. e.*
nolenti augere talentum sibi concessum, auferatur etiam id, quod
habet, Matth. XIII. 12. c. XXV. 29. Et quando exhortationibus ad
pœnitentiam nullus porro locus relinquitur, *Deus justo iudicio*
NB. pœnitendi tempus solet subtrahere. It. in c. XVI. *Jerem. p. 270.*
Profecto non alia ejus hominis (indurati) conditio, quam Epulonis
extra omnem veniam spem positi, Luc. XVI. 26.

Ejusdem sententiæ est D. Hanneckenius jam Prof. Witteb.
in *Meditat. Carolin. pag. 38. 78.* quando peccatores in Spir. S. in
hac vita jam in statu gebennali collocat, quo pœnitentiam amplius
agere nequeant.

D. Ægid. Hunnius *Comment. in Cap. XII. Job. in IV. part. cap.*
p. 293. seq. Sed Evangelista, ut magis etiam stuporem Judæorum
amplificaret, testatur, Judæos non tantum non credidisse, sed NB.
ne quidem CREDERE POTUISSE &c. Hæc verba ex *Cap. VI. Es.*
sunt desumpta, ubi extremam abjectionem populi, & gravissimam
pœnam spiritualem excæcationis & indurationis Judæorum pradi-
xit, quod suis oculis visuri essent Messie majestatem ac signa, & ta-
men præ incredibili stupore animorum & cordium cœcitate eum
non agnaturi: idque justo iudicio Dei, ne NB. AMPLIUS CON-
VERTANTUR ET SANENTUR. --- Quod verò particulas UT
& QUIA attinet, sciendum, eas h. l. non esse causales, quæ pradi-
ctionem Esaiæ constituent causam incredulitatis Judæorum; sed
tantum intendere in eventum vaticinii istius: ac si dicat: non cre-
diderunt Judæi; sicut antea Esaias pradixit, & non poterant cre-
dere,

dere, quia juxta alterum vaticinium Esaiæ excæcati sunt, NB. quæ EXCOECATIO EST, UT JUSTO DEI JUDICIO NON POSSINT AMPLIUS CREDERE, AUT AD FIDEM PERVENIRE, CIRCA QUAM NAUFRAGIUM FECERUNT. Eam vero excœcationem Dominus infligi Judæis passus est propter contemptum Messie præcedentem. Cum enim Christi humilitate offensi, ipsum una cum doctrina ejus despicerent, JUSTO JUDICIO SECUTA EST EXCOECATIO NB. QUÆ OMNEM ADITUM AD FIDEM EIS INTERCLUSIT. Cum enim essent excœcati, hoc ipso jam ad medium & organon fidei, verbum Dei sine præjudicio audiendum, PLANE REPROBI FACTI FUERANT. Ubi hic gratia assistens & convertens?

Idem Hunnius ait, comment. in c. IX. Job. in III. part. cap. p. 241. sq. Cum Pharisei quærerent; Num & nos cæci sumus? h. e. num nos etiam in catalogum eorum refers, quibus excœcationem loco divinæ vindictæ comminaris? Sed vicissim respondet Dominus: si cæci essetis, non haberetis peccatum. Dicet quis; annon Pharisei spiritualiter cæci erant? Cur ergo Christus cum conditione ait: si coeci essetis? Respondeo: sensus verborum Christi est hic, si agnosceretis cœcitatem vestram, TUM ESSETIS SANABILES, & a cœcitate ac peccatis vestris possetis liberari: Nunc vero, quia dicitis: Videmus, & arbitramini vos citra meum aliquod beneficium, propriæ sapientiæ vestræ acie, quæ ad salutem pertinent, perspicere; NB. IDEO PECCATUM VESTRUM MANET, ET COECITAS NON TOLLITUR A VOBIS, cum eum aspernamini, qui solus caliginem naturalem mentium humanarum illustrare novit.

His non obstat locus e D. Franzio de interpr. Script allegatus. Paulus enim sperat Rom. XI. 14. se nonnullos Judæorum ad æmulandum provocatos, salvos redditurum, de quibus etiam Franzius loquitur. πάρωσις enim seu obduratio *ἡ τοῦ μέγιστος* ex parte, Israël̄is evenerat. Unde Paulus ante v. 5. testatur, inter Judæos & hoc tempore reliquias secundum electionem super-
fuisse.

fuisse. Hos vero v. 7. quippe convertibiles contradistinguit induratis, quos usque adeo pro inconvertibilibus habet, ut v. 8. statim addat, quod Deus iis dederit *πνεῦμα κατανύξεως*, oculos, ut non videant. Quid si ergo ad oram Franzii, pro verbis: *indurati debent converti*. Ezech. c. XIII. 19. verba reponas: *indurati non debent* (spiritualiter) *videre*. Caterum Deum voluntate antecedente etiam induratos voluisse conversos, sapius jam asseruimus.

D. Selneckeri verba a *Compilatore Dissensus* adducta, mente manuque adprobo: in hac vita nempe semper locum esse poenitentiae, quam alicui negare nostrum non est. Dei hoc iudicium est, qui *καὲρδισγνώσις*. Quare sapius cum Chemnitio & Dannhauero dixi, ministros Ecclesiae debere omnes peccatores ad poenitentiam cohortari, cum ipsi discrimen corrigibilem & incorrigibilem, non nisi ex eventu tristi noscere queant. Christus autem *Job. III. 21.* ex praescientia sua infallibili induratis Judaeis dixit: *Vos in peccato vestro moriemini*. Uti vero Selneckerus in *Annot. ad Cap. V. Sap.* scribit: *aeternarum poenarum imaginem saepe conspici in hominibus, qui in desperatione miserrime pereunt*, (v. *Disp. de Stat. Indurat. §. XXXV.*) ita ejusdem successor B. Geierus ad *Prov. I. p. 66.* notanter scribit: *Cum impiorum infernus quodammodo hic incipiat, NB. NON MIRUM QUOQUE, POENITENTIAE NON ESSE LOCUM.*

Recte etiam *Balduinus* in *Paraphr. Evangel. p. 540.* monet, *non facile de hominis conversione desperandum esse*. Nam & ipse *Apostolus* hac de causa, *2. Timoth. IV. 12.* jubet: *Pradica sermonem, insta tempestive, intempestive, argue, increpa, exhortare cum omni lenitate & doctrina, etsi tempus sit tale, quo sanam doctrinam non sustineant*. Profecto, si de Antagonistis meis plane desperarem, ipsos arguere jam desiissem. Interim cum nostris melioribus Theologis credo, de gratia extraordinaria induratis danda, nullum in divinis literis extare promissum.

Licebit adhuc ex *Gerhardo*, Theologo maxime orthodoxo,

Loc. de Elect. §. 139. fin. addere: Qui conversionis gratia excidunt, sua culpa excidunt: Deus fidelis est, & dona ejus sunt aucta μέλητα. Manet proinde, quod conversio & perseverantia sint a solius Spiritus S. gratia. Nihilominus, quod quidam vel non convertuntur, vel conversionis gratia vicissim excidunt, ejus rei causa est in hominum contumacia, per quam opus Spiritus S. impediunt atque turbant. Unde laudatus Gerbardus Loc. de Provid. §. 94. Dei desertionem egregie ex Patribus declarat: Theophyl. inquit, super I. Rom. declaravit divinam desertionem exemplo medici, qui propter incorrigibilem & aegroti intemperantiam, a curatione desistit, nec tamen mortis est causa. Chrysostr. Homil. de Adamo & Eva, utitur similitudine ducis, qui videns milites temerario ausu se hostibus objicere, abit & se quasi subtrahit. Theodor. super I. Rom. adhibet exemplum navarchæ, qui cymbam absque rectore ferri sinit.

QUÆST. IV.

Utrum peccator contumax, petulans, protervus, excelsa manu prævaricans & contemnens omnes iteratas conciones pœnitentiæ divinæ gratia penitus excludatur?

Affirmat istud quæsitum D. Rechenbergius in disput. de statu indurat. §. 31. item in disput. de grat. revocatr. §. 33.

Animadversio.

Nuspium quidem verbis in quaestione hac usurpatis usus sum; affirmo tamen illam adhuc cum Theologis nostris γυνώσκω Lutheranis, qui pares hodie in Saxonia non habent. Ita enim post Megalandrum Lutherum supra jam allegatum, v. *Additam meum* I. p. 18. 19. 20. seq. Hülsemannus noster in Breviar. c. XIV. §. 5. *Deus negligentibus & refractariis (actualem collationem do-*

ni

ni perseverandi) ex judiciaria voluntate largiri non vult, Matth. XXV. 27. 28. seqq. & 7. Datur propositum Dei seu voluntas reducendi HUNC, NON ILLUM. Quod in Apostatis valet: non eque in nondum illuminatis. Item: Non omnibus autem Apostatis promissis reiterationem luminis petulanter extincti. Rom. XI. 18. 23. Matth. XXI. 43. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei &c. Idem Formula Concord. articul. XI. pag. 808. 811. & pag. 813. Ad eundem modum cum videmus, quod Deus verbum suum alicui regno donat, idem vero alii genti non largitur: Item, quod idipsum ab uno populo aufert, alii vero diutius concedit: NB. quod HIC induratur, excœcatur & in reprobum sensum datur, NB. ILLE vero, qui in eadem culpa haberet, ad Deum convertitur &c. Paulus autem certas metas nobis posuit, quousque progredi liceat. Jubet enim nos in illis, qui pereunt, considerare justum Dei iudicium & pœnas peccatorum Rom. XI. 22. Sunt enim hæc digna peccatis supplicia, si Deus totam aliquam provinciam aut gentem (propter verbi divini contemptum) ita punit, ut hoc ingens malum etiam in ipsorum posteritatem redundet: ut est videre NB. in obstinatis & perditissimis Judæis. Et hoc modo Dominus quarundum provinciarum & NB. personarum pœnis severitatem suam ostendit, ut demonstret, quibus nos omnes malis digni essemus &c. vid. Additam. I. pag. 27. 28. 29. & 30. D. Geierus Comment. in Psal. I. 5. f. 11. Sensus est, eos (impios induratos) non modo NB. in hoc seculo exclusos plane esse a gratia donisque Dei Ecclesiæ militanti promissis; sed in altera demum vita plane separandos eos esse per horrendum illud: discedite maledicti Matth. XXV. & in Psalm. LXIX. 29. Indurati & in sensum reprobum dati, justitiæ coram Deo valentis non debent compotes fieri. Vid. Proposition. oder Vortrag. S. XII.

D. Balth. Meisnerus Comment. in Hof. cap. IV. pag. 464. de divina desertione scribit: Deserit Deus quandoque pios, & deserit impios; sed diverso modo: Pios ad tempus, imponendo crucem, non tamen plane subtrahendo gratiam: impios NB. & induratos in PERPETUUM tradendo Satana, & NB. denegando OMNEM

GRA-

GRATIAM; unde illa desertio a Damasceno l.II. c. 29. vocatur παιδευτική vel CORRECTIVA, hæc δὲ απογναστική vel DESPERATIVA &c. Quid gratiæ ergo penitus induratis hic remaneat, nunc ἀντιλέγοντες ex Sacra Scriptura edisserant, ut quid velint, intelligamus.

D. Franzii verba, quæ obvertuntur allegatæ assertioni tantorum Theologorum non obstant. Quæ enim conversio difficillima & periculosissima est, illa a parte contumacium sæpissime etiam, stylo Scripturæ, est impossibilis, Matth. XIX. 26. Hebr. VI. 4. vid. Epist. ad Rostensch. p. 42. Addit quidem Franzius, de verbo semper talibus relicto: At Hülsemannus comment. in c. V. 24. 25. Jerem. de induratis scribit: Nec ulla verbi divini tractatio apud homines peccatis immersos amplius valet, Proverb. XXIII. 34. 35. Induratis Judæis etiam Dei verbum audire dabatur, Job. XII. 39. seq. & tamen ob excœcationem credere non poterant. v. Matth. XIII. 13. sqq. Quin Deus sæpe etiam induratos subtractione verbi punit, & candelabrum suum de loco movet, ut supra ex Form. Concord. artic. XI. p. 818. probatum est.

QUÆST. V.

Utrum peccatores in Spiritum S. ob Dei decretum, utrum vero ab eventu inconvertibiles sint?

Affirmat (Compiler ait) prius Rechenbergius, im deutlichen Vortrag §. 34. Die Sünde wider den Heil. Geist kan nach Gottes vorhergehenden definitiv-Sentenz nicht vergeben werden.

Animadversio.

UT Sophistice hic Compiler quæsit, meaque verba maligne pervertit; ita se doctrinam de nominato peccato, ex orthodoxis nondum didicisse prodit Hülsemannum ego secutus, scripse-

scripseram, quod peccatum in Spiritum S. ex decreto vel ex sententia definitiva Dei sit irremissibile; ipse vero mihi fraudulenter affingit, ac si *OB* vel *PROPTER* (um/ oder wegen Gottes definitiv-sentenz) irremissibile foret; ut adeo causa ejus, sit ipse Deus. Aliud vero est, *EX Decreto*, & aliud, *OB Decretum Dei*, peccatum istud dicere *irremissibile*, quod particularum discrimen pueri norunt. Caterum mea assertio in B. Hülsemanni *Vindic. Script. S. per loca Classic. artic. XXIX. p. 97.* extat. Peccatum in Spiritum S. inquit, esse irremissibile non tantum de facto, sed etiam *NB. ex decreto Dei peremptorio & irrevocabili, etsi non absoluto, sed fundato in præexistente conditione.* Si enim eventu tantum esset irremissibile, a reprobatorum impoenitentia finali non differret. Nisi id in scholis Theologorum orthodoxorum notissimum foret, ex D. Feuerbornii tractatu de Peccat. in Spiritum S. & Scherzeri *Disput. de hujus peccati irremissibilitate*, plura adponere argumenta & testimonia possem, quæ verbis e Balduino adductis repugnare videntur. Sed Balduinus *Disput. VII. in Epist. ad Hebr. cap. VI. fol. 1589.* mentem suam satis declaravit, quod conversionem ejusmodi peccatorum ipse agnoscat *impossibilem, impossibilitate, ut ipse loquitur cause; quia nimirum peccatum illud adjunctum habet indurationem & finalem impoenitentiam perpetuam, obstinationem & pervicaciam, quam tandem finalem interitum sequi necesse est &c.* Ubi vero talia adjuncta sunt, aditus ad poenitentiam utique, sed ex vitio peccantium præcluditur, quod in Theologia notissimum est.

QUÆST. VI.

Utrum Deus gratiam suam in auscultatione verbi salutaris necessariam contumacibus peccatoribus subtrahat eosq; deserat?

Respondet Compiler: Affirmat questionem disertis verbis Rechenbergius in Diatribe Lat. S. 41.

D

Anim-

Animadversio.

Hic si *Compiler* per *Diatriben*, meam *de Grat. Revocat. Termino* Disputationem intelligit, fallit lectorem. Nullum enim verbum hujus quaestionis ibi extat. Respondere ergo illi ad hanc falso mihi affectam quaestionem non tenebar, donec verba mea produxisset. Liberaliter tamen cum homine agam, cumque melius circa quaestum, ex Theologis orthodoxis Saxonis, paucis informabo. Confundit ille, ut ex allegatis testimoniis adparet, duas hic distinctas sententias. Aliud enim quaerit, aliud probat. *Quaestio* ejus est de subtractione gratiae in auscultatione verbi salutari necessaria, hanc respectu contumacium & induratumum ob eorum malitiosam reluctantiam evenire, cum S. Scriptura & sanioribus Theologis omnibus affirmo. *Probatio* autem *Compiler* ex testimoniis Theologorum petita, de insita, nativa & ordinaria verbi efficacia, quae in omnibus auditoribus malitosum non ponentibus obicem, vim & operationem salutarem aequali & exserit; hanc ego nunquam in dubium vocavi. Itaque frustra mihi *Hülsemanni*, *Alberti* & *Nic. Hanni* verba occinunt; quippe quae de efficacia verbi per se insita & ordinaria atque aequali testantur. Enimvero, qui dicit verbum Dei ob nativam & insitam virtutem solam, apud induratos ac adco Spiritui S. cum isthoc operanti praestrate & constanter resistentes efficaciam salutarem exserere, S. Scriptura omnibusque Theologis sanis obloquitur. *Ebr. IV. 2. Auditus verbi non profuit* (induratis) quia *fide* (ὡν οὐκ ἐνεκαίεως) *contemperatus non fuit*. Ita *Job. XII, 38. 39. 4. Es. VI, 9. Matth. XIII, 13. seqq.* Judaei verbum Dei audiverunt, sed efficaciam ejus salutarem, ob repugnantiam malitiosam non senserunt; ideo nec crediderunt. Quae vero causa, cur gratia ista Spiritus S. cum verbo operatrix *1. Cor. III, 6.* induratis subtrahitur? Eam Christus *Matth. XIII, 12. seqq.* innuit: Unde *Hülsemannus* *Comment. in Jerem. cap. II. 24. 25.* scribit: *Nec ulla verbi divini tractatio apud homines peccatis immerfos amplius*

plus valet, Prov. XXIII, 34. 35. Ag. Hunnius in c. VI. Joh. p. 174. 6. scribit: Indurati, si maxime audiant verbum Dei, id vero in ipsis non fructificet, non certe absolutum aliquod Dei decretum accusare possunt, sed justum Dei iudicium agnoscant, quod exercet in iis qui plane diabolico omnium admonitionum contemptu, in misericordiam Dei ex proposito peccarunt. Hinc D. Hutterus cum Formulæ Concord. in explicat. art. II. p. 173. distinguit auditum verbi externum ab interno; hic in obduratis desideratur, licet externum habeant. Interim in contumacibus & induratis aliam virtutem exserit, quam Balduinus in Epist. ad Ebr. c. IV. f. 1574. exprimit: Verbum Dei vivum & efficax in utramq. nimirum partem, sive accipitur sive repudietur; in iis enim, qui recipiunt, operatur virtutem ad salutem, NB. in ceteris majorem damnationem: illam virtutem in se habet per accidens, obicem nimirum ponentibus hominibus operanti Spiritui S. adde Jerem. V, 19. Inepti ergo sunt, qui verbo Dei semper, non habito discrimine auditorum, vel objecti, operationem salutarem & conversivam tribuunt. Sed tamen utique etiam efficax est verbum Dei in reprobis & contumacibus, quippe quos impietatis convincit, reddit ἀνοματάκεις, ipsisq; fit per accidens odor mortis ad mortem, 2. Cor. II, 16. Atque hoc D. Alberti noster l. c. quoque docuit, quem Compiler mihi inepte opponit. Idem enim in Disput. de Term. Grat. revocat. §. 45. tradidi, & alias docui. D. Joh. Tarnovius comment. in Psalm. Passional. in CIX. part. 2. ex vers. 24. Quo plures conciones Christus habebat, quo plura, majora ac illustriora miracula edebat, eo magis Pharisei, alique increduli Judæi indurabantur & pertinaciores reddebantur. Ut a sole sub hamispherium nostrum digresso, sequuntur tenebræ; ita ubi Deus suam oblatam & spretam illuminandi vim subtrahit, justo suo iudicio oculi mentis ex seipsis caligant & c.

QUÆST. VII.

Utrum Deus Pharaonem, Judam, filios Eli in sensum reprobum traditos, ante excessum e vita, omni gratia ex justo judicio privarit, eternoque supplicio devoverit?

Respondet Compiler: Affirmat questionem expressis verbis D. Rechenbergius disputat. de Stat. Indurator. §. 31. Non video, inquit, de term. Grat. revocat. §. 33. Quomodo Deus illis terminum gratia usque ad finem vita prorogasse dici queat.

Animadversio.

Questionem propositam ex S. Scriptura cum Formula Concordiæ & orthodoxis Theologis affirmavi simulque, eam probavi. Quod enim 1.) Pharaonem attinet, Form. Conc. artic. XI. pag. 820. de eodem ita habet: *Quod autem Dominus cor Pharaonis indurat, ut Pharaon subinde peccando pergat, & quo gravius admonetur, eo magis induretur: id NB. pœna est antecedentium ipsius peccatorum, & immanissima & multiplicis tyrannidis, quam in filios Israël contra conscientia sua stimulos exercuerat. Et cum Dominus ipsi verbum & voluntatem suam annunciari curaret: Pharaon vero nihilominus ex proposito & destinata malitia simpliciter, adversus omnes exhortationes & admonitiones contumaciter insurgeret: Dominus NB. manum ab eo suam retraxit, eum deseruit; atq. ita cor ipsius induratum est, & Dominus justum judicium suum adversus eum exsecutus est. Omnino enim Pharaon aeterno Gehennæ incendio dignus erat. Et sane Paulus exemplum Pharaonis Rom. IX. non alio sine adfert, quam ut eo ipso Dei justitiam declararet, quam in contemtoribus impœnitentibus puniendis demonstrat. Confer. D. Rungius Theolog. Witteb. in Exod. c. VIII. p. 292. Ex his in utramque partem allatis argumentis patet, Pharaonem ab aliquo gra-*
du

du hujus peccati (ad mortem i. Joh. V, 16.) absolvi minime posse aut deberi. Unde etiam induratio & finalis impœnitentia, quæ connexa sunt cum peccato in Spiritum S. in ipso manifeste animadvertuntur. Quod vero Moses pro ipso orat, id facit pro liberatione pœnæ temporalis & multiplicatione miraculorum, cum ex oraculis Dei sciret, Pharaonem nunquam emendatum iri. --- Pro talibus autem non esse orandum, ait, qui in finali impœnitentia moriuntur, extra omnem controversiam est. 2.) De *Juda*, proditore, quod alterum exemplum est indurati peccatoris, gratia in hac vita privati, cum B. D. *Jac. Wellero* & aliis Saxonis orthodoxis statuo, quod tota Christi actio cum eo *Luc. XXII, 22. Matth. XXVI, 24.* instituta eo spectarit, ut *Judas* ab horribili illo scelere ad pœnitentiam revocaretur. Sed cum apud *Joh. XIII, 27.* ceu peculiari ratione *Satanas* cor ejus intrasset, eum implicatum jam prorsus laqueis *Satanæ* ipse *Christus* reprobæ menti permisit & dimisit dicens: *quod facis, fac citius*: ita dimissus & a gratia exclusus est, & in diabolica obsessioe permansit. Confer *D. Gerb. Harm. Evangel. cap. CLXVIII. fol. 1155.* Spiritualiter enim *Judam* obsessum, & ceu sensu, peculiari ratione *Satanam* cor ejus intrasse, *Dannbauerus Hodof. p. 399. ex Joh. XIII. 27.* probat. Qui ergo *Judam* gratia Dei non ante penitus excidisse ajunt, quam gulam laqueo frangeret, divinis literis & sanis Theologis obloquuntur. Memini adhuc verborum *B. D. Carpzovii*, quæ in concione passionali, de *Juda* fecit ex cit. cap. v. 39. *Judas der Verräther gieng/ nachdem er den Bissen genommen / so balde zur Thür hinaus/ und damit schloß Gott seine Gnaden-Thür hinter ihm zu.* Bene hic etiam magnus quidam *Theologus*, fautor meus longe honoratissimus, ex collatione phrasium v. 2. & 27. observat, quod priori versiculo 2. de eo dicatur, τὸ διαβόλεν ἤδη βεβληκότ' εἰς τὴν καρδίαν, (da schon der Teuffel hatte dem *Juda* *Simonis* ins Herz gegeben) sed posteriori loco v. 27. dicatur de *Juda*, post bucellam acceptam, τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς, quod tunc per ingressum, eum penitus a Deo desertum obsederit. Qui ergo sibi persuasum

fumi habent, hominem contumacissimum & a diabolo jam spiritaliter obsessum, adhuc gratia Dei assistente frui, nec a Deo penitus desertum esse, eum ex Scriptura recte sapere, audacter nego. 3.) *Filios Eli* ante excessum e vita, gratia divina ob insanabilem contumaciam & malitiam, ex justo Dei iudicio penitus fuisse privatos, cum D. Brentio in 1. *Sam. II. homil. X.* D. Gerardo in *loc. de Provid. §. 121.* D. Paulo Laurentio, *Theologo Saxonico*, in cit. 1. libr. *Samuel. homil. f. 57.* Dannbauero *Hodos. Phan. XI. pag. 1420. seq.* & Feurbornio *de Peccat. in Spir. S. tamdiu statuo, donec argumentis e divinis literis convictus fuero.* Cur omisit Compilator exemplum *Saulis* addere, quod etiam ex mente Hülsemanni, Feurbornii, Geieri & Gerhards in hunc censum retulerim? Notet interim B. Gerhards verba ex *Loc. de Provident. §. 93.* *Quando homo resistit Spiritui S. & ruit in scelera, Deus gratia sua hominem deserit, vel etiam datam subtrahit.* Sic postquam *Saul* defecit, recessit Spiritus Jehovae ab eo, 1. *Sam. XVI, 14.* Et §. seq. 95. cum *Damaseno* declarat desertionem desperativam, cum universa, quae ad salutem sunt faciente Deo, incorrigibilis & immedicabilis vel insanabilis manet homo, iustog. Dei iudicio deseritur a suprema gratia, quemadmodum Spiritus Domini recessit a *Saule*, 1. *Sam. XVI, 14. cap. XXVIII, 15.* Id etiam Theologus Electoralis πονηρῶν ἀνθρώπων ἀδικῶν, B. D. Jac. Wellerus in *Annot. in Epist. ad Rom. c. IX. pag. 559.* confirmat: In specialibus Dei circa indurationis doctrinam actionibus est desertio, NB. quia Deus ob peccata gratiam subtrahit, NB. ulteriorem vero non impertit, 1. *Sam. XVI, 14. 2. Paralip. XXXII, 3.* Quod ideo adjicio, quia aliqui *Saulem* quoque, postquam a Deo desertus fuisset, non omni gratia privatum fuisse, somniant. Confer *Apolog. Aug. Confess. art. V. de penit. p. 162.*

Assertionem igitur meam orthodoxa confirmata, quae Compilator objicit testimonia, de Gratia Dei apud induratos durante, vel de voluntate Dei antecedente, ut Försteri, exaudienda sunt; vel ita exponenda, ne divinis literis aperte repugnent, ut de Pharaone, v. D. Försteri *Problem. Theolog. Decad. 2da problem. 1. Thes.*

29. sqq. & inprimis thes. 43. sq. & D. Aug. Varenium in Paulo Evang. Roman. Disput. X. super cap. IX. Rom. p. 333. sq. Ex iis enim constat, Rom. IX, 18. indurationem Pharaonis, Paulum miserationi contradistinguere. Nec ex historia Exodi de Pharaone probari potest, quod Deus illum & Ægyptios usque ad suffocationem in undis, ulla amplius gratia dignatus sit. v. cap. XIV, 17. *Compiler* autem more suo aperte mentitur, quando mihi affingit, quod nimis audacter in *Parentesi mea* p. 27. inculcaverim, *Judam longe ante fata a gratia exclusum*, aut cum filiis Eli ex termino *peremptorio* abjectum fuisse. Ego v. cum *Balth. Meisnero* quoque assero, *Christi meritum ad Judam se omnino extendere, qui omnino pro suspendio Judæ cogitato & patrato* (imo addo ego pro ejus poena infernali) *satisfecerit*: ita quidem, ut ultimo hora quadrante, cum adhuc in vivis esset, omnino poenitere & salutem adipisci (ac satisfactione Christi; merito frui) potuisset; addo vero, nisi ipse per maliciosam repugnantiam & perseverantem contumaciam se fructu istius gratiæ ipsummet indignum in vita adhuc reddidisset. Christi enim meritum non tantum ratione acquisitionis, sed adplicationis spectandum esse, omnes saniores Theologi hactenus docuerunt. v. D. Gerb. *Loc. de Elect.* §. 205. Quæ *Compiler* ex D. Bohemo adfert pro emollienda Brentii sententia, mihi non ignota sunt. Interim cum supra allegatis Theologis, & B. Hunnio de *Provid. quest. & Respons.* p. 75. sentio.

QUÆST. VIII.

Utrum tribulatio, pœna publica, aliæq; calamitates à Deo impœnitentibus immixtæ sint vindicativæ; an vero medicinales ac incentivæ ad poenitentiam?

Hic *Compiler* sine judicio respondet: *Affirmat prius D. Rechenberg contra Krakewiz.* p. 17. *Es ist unmerkwillich und falsch / daß Gott durch die Strassen den Sünder allezeit zubefehren suche.* Anim-

Animadversio.

Audacter *Compiler* mihi D. Balth. Meisneri verba ex comment. in Hof. VI. opponit, eaque Sophistice interpretatur. At prius meam assertionem ejusque probationem inspicere debuisset. Non enim ego tribulationes & calamitates, quæ sæpe etiam pios premere solent, cum pœnis proprie sic dictis, ut *Compiler* facit, miscui; cum *παιδείας* & *τιμωρίας* discrimen in scholis Theologorum persit-notum: Nec simpliciter negavi, quasdam pœnas, divinas esse medicinales; omnes autem tales esse affirmare nolui. Quia diluvium universale, Sodomitarum extinctio, Pharaonis & Aegyptiorum submersio, Israelitarum rebellium in deserto interitus, &c. fuerunt pœnæ divinæ; Nemo tamen, nisi insipiens dixerit, illas fuisse medicinales ac incentivas ad pœnitentiam. Ergo perstat mea assertio, daß Gott nicht allezeit durch seine Straffen den Sünder zu befehren suche. Et scire velim, quid *Compiler* de pœnis spiritualibus, quas *Formula Conc. art. XI. p. 820.* adducit; *Quando Dominus peccata peccatis punit, excacatione, induratione, sentiat?* an illas etiam ad medicinales referat? Interim D. Meisnerum *Compiler* Meisnero conciliet, qui cit. comment. in *Hosea c. I. p. 54.* scribit: *Duplex est abjectio 1.) TEMPORALIS* (cujus exemplum 2. Sam. VII, 14. legitur) quam *Damascenus l. 2. de Orthod. Fid. c. 29.* vocat *οικονομικὴν καὶ παιδευτικὴν, dispensativam & correctivam*; quum Deus ad tempus affligit, ut agatur pœnitentia & corrigatur vita. 2.) *FINALIS*, quam *Damascenus* nuncupat *τελείαν καὶ ἀπογνωστικὴν, perfectam & cum desperatione conjunctam*, quando regnum aliquod ob gravissima scelera NB. totum destruitur; qualis abjectio Israelitis hic denunciatur. Steterat enim regnum non suis viribus, ut impii opinabantur; sed divina protectione: & toleraverat in eo Deus magna patientia tantam idololatriam. NB. Utrumq; ergo tum defensionis tum tolerantia beneficium hic denegatur.

Idem Meisn. p. 62. *Iustus est Dominus, & justa sunt ejus iudicia,*

dicia, Psalm. CXIX, 13. uti primum mitis, ita post severus est.
Bernhardus Serm. IX. Deus DUOS PEDES habet, MISERICORDIAM & JUDICIUM: Neutrum debemus solum apprehendere.-----
Non instar Principum terrenorum est, qui statim volunt perdere,
exemplo Pharaonis, Exod. X, 28. Diu connivet ac tolerat, ut Cainum Genes. IV. Antediluvianos Gen. VI. Amorrhæos Genes. XV, 16.
Ninivitas Jon. III. Sed NB. quando tempus gratia negligitur, tum
ait: NON ADDAM MISERERI. --- Tandem abjicit TOTALITER & FINALITER &c. It. p. 74. De pœna contemti verbi:
est ea finalis abjectio & horrenda cœcitas, adde pag. 847. & in c. V.
pag. 526. Pœna irremissibilitas innuitur v. 6. --- Deus quidem
a nullo populo recedit, quoad præsentiam universalem; recedit autem
ab impœnitentibus, NB. quoad præsentiam gratiosam. Justum enim est,
ut deserantur, qui deseruerunt Deum, juxta comminationem, Prov. I, 28. id. c. IX. pag. 845. Diabolus fit Doctor impiorum,
quod irrita sunt cuncta media, si Deus recessit sua gratia. it. cap. XI. p. 955.
Attollite ergo capita vestra, NB. dum adest tempus pœnitentiae, QUOD SEMEL NEGLECTUM NON REVERTITUR.
Plura in re manifesta addere supervacaneum, ne stuporis lectorum arguere videar.
Possunt tamen dicta scripturæ de comminatione divinarum pœnarum, Prov. I, 24. sqq. Jes. XXII, 14. Job. XI, 20.
Psal. CXIX, 118. Psal. VII, 13. Jerem. XVII, 13. 2. Thessal. II, 10. evolvi.
*Non intellexit Compilerator tempora divinæ *ἐπιδησίας* decreta, vid. Dannb. Hodof. p. 876.*

QUÆST. IX.

Utrum dictum Ebr. III. de termino quodam peremptorio ante finem vitæ, an vero de omni vitæ tempore ad pœnitentiam obvio agat?

Compilerator sibi responderet: Affirmat prius Rechenbergius in Propositione sua S. 14. et in Epist. ad Rostenfch. p. 15.

E Anim-

Animadversio.

Falsum est, quod ego Ebr. c. III. pro termino quodam peremptorio, citatis locis allegarim. Gratiam Dei induratis non semper obviam esse ad vitæ usque finem, ex Hebr. III. 13. & cap. IV. 7. constare asserui. Quia ob periculum, ne quis induratur seductione peccati, illud *HODIE* obvium esse dicitur; adeoque præcludi quis possit ab ingressu in requiem. vid. v. 11. & 18. seqq. Obvertitur quidem autoritas Carpzovii, sed is, dum *HODIE* illud extendit ad totum vitæ spatium, ad convertibiles ac pœnitentes respicit, non impœnitentes. Nam ipse in *Conc. pœnit.* p. 91. addit: Wenn wir meynen / es sey noch Zeit gnug / müste doch das Böse nicht eben *HEUTE* abgeschaffet seyn / man wolle schon nach und nach mit der Zeit eines nach dem andern bey guter Gelegenheit abgehen &c. Ach da haben wir unsere Herzen schon verstockt / it. p. 95. Ach mein lieber Christ / es gilt gar nicht Aufschiebens / Gott will es *HEUTE* haben. Dannhauerus *Hodosoph.* p. 879. Non omnibus, ait, apostatis promisit Deus reiterationem luminis petulanter extinguit, Ebr. III, 14. 15. & 17. cap. IV. 1. & 3. Quoad tempus gratiæ habet Dominus *ἐν αὐτῶν δευτέρω*, NB. habet suum *HODIE*, Hebr. IV, 7. Sicut olim in Judaico populo circumscriptum illud fuit annis, post Christi mortem, quadraginta, aut circiter, NB. in hominibus NB. singulis suum habet ambitum nobis ignotum, notum divine providentiæ, qui plerumque ad mortem usq. protenditur, NB. nisi ob gravem contumaciam prius etiam præcidatur. Quem locum D. Pfeifferus supra quaest. II. suum fecit Germanicè redditum.

QUÆST. X.

Utrum scripturæ oracula 1. Tim. II, 4. 2. Petr. III. limite universalialia sint, adeoque ad solos pœnitentes pertineant?

Compiler respondet: Affirmat illud Rechenbergius in *Epist. ad Rostenusch.* p. 23. & in *Proposit.* p. 21. conf. *Parane sua ejusd.* p. 13.

Anim-

Animadversio.

Quaestio in Epist. ad Rotheusch. p. 23. est de dictis, quæ ad voluntatem Dei antecedentem, & quæ ad consequentem pertinent. Ubi respondeo, inter alia dicta ad antecedentem voluntatem, pertinere Paulinum 1. Tim. II, 4. *Christus vult omnes salvos fieri: & 2. Pet. II, 20. non vult ullos perire.* Hanc assertionem ibidem declaro his verbis: *Dicta hæc, inquam, gratiam Dei revocatricem esse universalem, ac voluntate antecedente gratiosissima ad omnes peccatores etiam relapsos, sed penitentes pertinere, nemo sanae mentis negare aufit.* Cum hæc Sophista quidam impugnasset, ac si Piscatoris sententiæ de gratia particulari faverent, in *Paranes. ad Stud. Jurvent. p. 13. 14.* respondi, distinguendum esse inter oblationem gratiæ, quæ universalis, & participationem seu fructum ejusdem. Hujus, juxta ordinem divinum, omnes penitentes fieri compotes, non vero induratos; quippe qui gratiam illam serio licet oblatam, ex propria culpa pertinaciter repudiant, statuo cum orthodoxis. Quod ante jam in *Proposit. allegata §. XXI.* abunde declaraveram. Secutus autem hac in parte sum B. D. Balduin. in *Comment. ad 1. Tim. II, 4. qu. 4. f. 1282.* ubi post varias aliorum orthodoxorum sententias adductas, n. 6. deniq; scribit: *Arbitramur, Paulum hic agere de voluntate Dei antecedente, qua Deus omnium ac singulorum hominum salutem æternam vult ac promodet: qua voluntas cum hominem consideret qualis in se est, non qualis ex accedente vitio factus, ut Damasc. docet, l. 2. c. 29. inde fit, quod illa Dei voluntas in multis finem suum non assequatur.* Vult ergo Deus omnes atque singulos salvos, quia singulos ad salutem condidit, singulis etiam Filium suum donavit. Et ejus hæc voluntas est seria: ideo irascitur iis, qui voluntatem ejus aspernantur & mediis conversionis suæ non utuntur: Est etiam NB. non ABSOLUTA, sed ORDINATA: ideo vult non tantum salvos fieri, sed & ad agnitionem veritatis pervenire: partes hujus ordinis sunt meritum Christi, verbum, fides ex verbo percepta, quæ

omnia simul vult Deus adesse salvandis: ideo omnibus filium donavit, verbum proposuit, & fidem ex verbo dare decrevit. Quod ergo non omnes actu salvantur, culpa hominum est, qui hunc ordinem Dei (qui poenitentiam includit) non sequuntur. Mox commendat dictum Ambrosii: *Vult Deus omnes salvari, sed si accedant ad eum, non enim sic vult, ut nolentes salventur &c.* Quando igitur B. Höpfnerus noster l. c. item Hutterus in *Exposit. Form. Conc. p. 1166. seq.* promissiones Evangelicas, quæ in sacris literis occurrunt, distinguunt in *simpliciter, & limitate universales*; illas ut *1. Timoth. II, 4. 2. Petr. III, 9.* in se, non habito respectu ad ordinem vel objectum, considerant, quatenus gratiam universalem a Christo omnibus partam denotant; non vero, quod Calviniani veteres volunt, ordini & veræ poenitentiae ad fructum salutarem requisitæ, cujus media Deus omnibus serio offert, opponunt. Itaque illæ in se consideratæ sunt *illimitate*, vel ut Hutterus l. c. loqui amat, *simpliciter universales*; in usu vero, & quod salutarem intentionem effectus attinet, juxta *ordinatam Dei voluntatem* itidem revelatam, fiunt *limitate universales*, id quod Hutterus *loc. cit. pag. 1167.* docet. Et ipse Höpfnerus in *LL. Theolog. pag. 429.* quando de hac promissionum distinctione agit, id innuit: in priori, ait, genere propositionum universalium Evangelicarum, beneficia Dei spiritualia, *ut offeruntur*; In posteriori autem, ut simul *adprehenduntur*; illa (promissio illimitate universalis) NB. *includit ordinem mediorum ut constitutum divinitus: hæc (limitate vel ordinate universalis) ut usurpatum, &c.* Atque hanc mentem meam a B. Höpfneri sententia non alienam esse, *Compiler ex III. Additam. meo §. 3. pag. 5.* intelligere potuisset. Quod ex *Rom. II, 4.* obvertitur, probo itidem cum Huttero; nempe illos etiam, qui postea sibi iram DEI propter indurationem aggravarunt, ad poenitentiam invitatos fuisse. Sed quod illa invitatio in ipso thesaurizationis iræ divinæ actu continuetur, adhuc probandum venit. Aliter enim de illis induratis accuratissimus olim

Theo-

Theologus Wittebergensis D. *Lyserus in System.* p. 681. & D. *Gerhardus Loc. de Provid.* §. 84. docent.

QUÆST. XI.

Utrum Christus Matth. XI, 28. gratiam suam omnibus simpliciter promittat, an vero iis tantum, qui sentiunt onus peccati, & eo cupiunt levari?

Respondet, vel calumniatur potius *Compiler: Affirmat cum Reformatis ultimum membrum D. Rechenberg contra Krakewiz.* p. 57.

Animadversio:

SI *Compiler* locum *Matth. XI, 28.* cum antecedentibus vers. 21. 22. 23. 24. 25. collatum inspexisset, textusque connexionem intellexisset, vel Paraphrasin Bibliorum Vinariensium, quam in *Additam. III. pag. 58.* cum qua ego locutus sum, attendisset, vel B. D. *Gerhardi Loc. de Election.* §. 187. evolvisset, forte hac impudenti cavillatione abstinuisset. *Gerhardus* enim agi ibi de consequente seu judiciaria DEI voluntate colligit: Patrem per Filium, mysteria Evangelii proposuisse etiam Phariseis & reliquis. Sed quia illi magis dilexerint tenebras, quam lucem, *Joh. III, 19.* quia spreverint consilium DEI adversus semetipsos, *Luc. VII, 30.* quia præ opinione sapientiæ propriæ stultam Evangelii prædicationem contempserint, *1. Cor. I, 21.* ideo Deum justo judicio contemptum illum vindicantem abscondisse ipsis sua mysteria &c. Quare v. 28. sua invitatione tales induratos contentores gratiæ non amplius dignatur; sed conversus ad spiritualiter oneratos publicanos, notoriis flagitiis quidem ante infames, nunc vero Evangelium amplexos, de quibus v. 5. & similibus peccatoribus dixerat, quod pauperes letum accipiant Evangelium, quos & pusillum gregem vocat, quibus Pater ve-

lit dare regnum, Luc. XII, 32. Si vero *Compileri* Gerhardi auctoritas non probatur, D. *Agid. Hunnii* expositionem, quam de *Prædestin. Quæst. & Respons.* p. 230. in hunc locum adfert Calvinianos confutaturus, admittere tenetur: *Repetenda hic est, inquit, distinctio voluntatis antecedentis Dei, & consequentis. Voluntate antecedente, quam misericordia esse diximus, vult omnibus absq. exceptione hominibus innotescere doctrinam Evangelii: quia vult, ut omnes homines ad agnitionem veritatis perveniant, 1. Tim. II. At quando sapientes hujus mundi aspernantur & repudiant sapientiam Dei in Evangelio propositam, ibi voluntate consequente, quæ justitia est, VULT, ut porro eis absconditum maneat Evangelium de Christo, ad puniendum impium hunc contemptum, tantitangq. divini beneficii. Quis vero negarit inter hos etiam invitatos adhuc fuisse reprobos? Manifesta ergo calumnia est, quando *Compiler* oggannit, nec hic cum *Reformatis* sensisse, quorum sententiam de particulari gratia toties negavi. Cæterum vero simul inspecta D. *Chemnitii Harmonia Evangel.* cap. LVI. fol. 964. 965. quam iste falso allegavit, adparet, ipsum quoque abs *Hunnii & Gerhardi*, quæ & mea est, sententia non dissensisse. Quando enim ille in h. l. scribit: omnes sine exceptione hoc modo compellat, invitatur & hortatur: & ne de meritis aut dignitate disputemus, nominat *LABORANTES ET ONERATOS* &c. objectum illud universale determinari ex ordine sapientissime a Deo constituto docet; ita tamen, ut nullum *laborantem, & oneratum* anxium & salutis æternæ cupidum peccatorem, a promissa gratia exclusum velit.*

QUÆST. XII.

Utrum pia & certissima ad profligandam securitatem via sit, si dicas, Deum in hac vita gratiæ ostium multis sic occludere, ut prorsus nulla venia, aut misericordiæ divinæ recuperandæ spes supersit?

Respon-

Respondet Compiler: *Affirmat quæstionem D. Rechenberg. Diss. de Term. Grat. revocatr. §. 29. atque contrariam sententiam novum Evangelium vocat improbis & secure viventibus gratis sumum.*

Animadversio.

UT supra in prima quæstione Sycphantices specimen oppido foedum Compiler edidit; ita in ultima hac laudem istam tueri contendit. Primo enim falso ex *Disput. mea §. 29.* allegat, ubi ne verbulum quidem hujus quæstionis occurrit: Secundo nupiam ego istam quæstionem ita proposui, multo minus sic crude affirmavi, ut Compiler quidem malitiose mihi affinxit. Forte autem §. 52. *disp. mea* respicere voluit, ubi hanc quæstionem proposui practicam: *An ob desperationis periculum unius vel alterius incertum, gratia Dei universalis erga relapsos indiscriminatim subinde exaggeranda sit; licet mille securi homines inde ansam certam in peccatis perseverandi capiant, eternumq. pereant?* Hanc quæstionem cordatis & prudentibus Theologis dijudicandam ibi reliqui, nec determinavi; etsi determinatu facilis sit. Qui vero hanc, eundem cum Compileris quæstione XII. sensum complecti existimat, nã cum sensu communi destitui dixerim. Tertio ruditatem aut malitiam prodit suam, cum mihi D. Calovii verba ex *confid. Arminian. c. XII. thes. 3. pag. 445.* opponit, ac si ego cum Arminianis hac in parte sentirem. Falso allegat *c. XII. thes. 3.* Arminianismi Caloviani: agit enim illud cap. de *Bonis operib.* & quam citat p. 445. de *Electione ad Gloriam*, adversus Arminianos Calovius disputat. Indicabo tamen Compileri locum Calovii, ex quo me impudenter convitari depuduit. Extat ille in *Considerat. Arminianismi c. XX. de divinis comminationibus ac impiorum pœnis.* Ibi Calovius p. 458. Arminianos laudat, quod Socinianorum doctrinam; *Deum sæpenumero in hac vita gratia ostium sic occludere, ut prorsus nulla venia aut misericordie*

dia divina recuperanda spes sit: male vero (Calovius pergit) sententiam istam negant, adeo falsam ac noxiam, ut tolerari non possit: pejus eos, qui eam tenent, si rationibus ab ea abduci nequeant, iudicio suo frui sinunt. Quia certissima hac est ad desperationem via, si credas aut persuasus sis, Deum gratia ostium ita occludere; ideog. non potest non ea sententia noxia & damnabilis haberi. Et quomodo tolerabitur ea doctrina, qua gratia Dei labefactatur, & misericordiae calumnia benignissimo Domino nostro struitur, uti de Novatianis, erroris huius autoribus, quondam professus est Eusebius c. VII. Hist. Eccles. c. IIX. & c. Hanc B. Calovii sententiam mente calamoque in IV. Additamento meo pag. 131. (ut ante in disput. de Termin. Grat. §. 6. & 13.) adprobavi; cum putidam istam calumniam nuper virulentianimi antagonista Lipsiensis mihi impingere ausus esset. Et quanquam hic nuperrimis schedis Sophisticis evulgatis, calumniam istam, novis quæsitis coloribus incrustare, ut imperitis fucum faceret, molitus sit; istam tamen Deo volente, ita propediem abstergam, ut artes tales Præsule sane indignæ manifestentur. Ego enim ut semper hunc Socinianorum crassissimum errorem a Calovio rejectum, despui; ita & illum contra Arminianos, noxium minime, tolerabilem esse statuo. At quæ cognatio doctrinæ orthodoxæ Lutheranorum Doctorum, quam ego defendo, cum illa jam rejecta falsa doctrina? An cum Socinianis aut Arminianis focer olim Calovii, B. Hülsemannus fecit, quando in Comment. in Jerem. ab ipso Calovio ante impressionem reviso, cap. XXXVIII, 22. in Aphorism. Pract. scribit; Hic solet esse tandem eventus impœnitentium, ut nimis sero sapiant, nec comminationibus cedant; donec eas experiantur, Prov. XI, 6. Veruntamen SOLET QUICQUE CLEMENTIÆ DIVINÆ PORTA SERATA ESSE, ut . . . ntur conqueri perdit: Perit estis, & salvati non sumus, expectavimus pacem, & ecce formido, Jerem. VIII, 15. 20. Item in Jerem. c. XVI. p. 270. Profecto non alia ejus hominis (indurati) conditio est, quam NB. Epulonis extra omnem spem venie positi, Luc. XVI, 26. An Balduinus in cas. conscient. l. 1. c. 13. p. 37. Socini-

zar

zat scribens: *Frustra est, quod multi existimant (cum suae heterodoxiae sociis) sufficere, si in ultimo agone agnoscant, se peccasse, & ad misericordiam Dei confugiant. Multos enim peccati veteris ita consopivit, ut ad seriam peccati agnitionem nunquam perveniant. Conscientia etiam ipsorum tot saepe cruciatibus angitur, ut de misericordia Dei serio cogitare nequeant, unde in desperationis barathrum precipites ruunt. Quid de B. Geitri verbis in Prov. I. p. 75. sentis Cavillator? an & iste Socinizat? Ne putes, ultimum vitae scelestae quadrantem sufficientem aliquando futurum esse ad placandum Deum, cum non omnis vacors penetret, nec omnis etiam anxie querens inveniat, quandoquidem poenitentia sera raro vera, licet vera nunquam sera. Hinc nec in caelum recipi putandum est, qui moribundi demum id querere incipiunt, quod toties malitiose repudiarunt. Idem Comment. in Psalm. LXXVII. p. 1389. Usus e v. 8. Beneplacitum Dei non auferri potest, nisi per malitiosam gratiae excusationem; & mox ibidem: Usus e v. 20. Abusus detestandus gratiae ulterioris prohibet quodammodo affluxum, Rom. II, 4. Siracid. IV, 4. sqq. Gratiae misericordiaeque suae exercendae, certos quasi Deus ipse FIXIT TERMINOS, VEL CERTUM GRATIAE TEMPLUM definit, Luc. XIX, 44. Prov. I, 24. Jof. XLIX, 9. 2. Cor. VI, 2. Hoc qui praetermiserit, culpam non Deo, sed sibi ipsi tribuat. Plura in re manifestissima, testimonia cumulare hic poteram, ut *Compilatorum Dissensus*, impudentiae cavillandi convictum Lectori Christiano exhibendum sisterem. Verum tempore exclusus, festinando hic novaturientium adversariorum *novum Evangelium*, quod securis & induratis praedicari coepit, discutere, aut ex insignis Theologi Pauli Tarnovii de *Novo Evangelio*, dissertatione egregia anno 1697. Francof. ad Moenum recussa illustrare, aut manifestum *Dissensum* illorum a vera orthodoxia, ex ipsorum scriptis demonstrare jam non possum. Forsan, si ita motus eiere atque Ecclesiam turbare non destiterint, id alio tempore commodum fieri poterit. Sunt enim jam eruditi viri, qui ejusmodi *novae* scilicet *orthodoxiae* flosculos, ex illorum disputationibus ac homiliis prelo paratos collegerunt, quando poscitur. Ego vero, qui ita proterve haecenus ab importunis ac malevolis hominibus*

bus laceffitus fui, *Lectorem cordatum* & extra partium studia positum enixe rogo, ut *DISSENSUM* ab *ORTHODOXIS ELECTORALIBUS*, in puncto de *Gratia divina*, mihi maligne a *Compilatore Wittenbergen- se* affictum, & ante octiduum ibidem sine die & consule publicatum improbeque disseminatum, cum *CONSENSU HOC MEO ORTHODO- XO* conferre justumque pronunciare iudicium dignetur. Deprehendet, scio, *Compilatorem*, si non malitia, impudentia tamen conjuratis, de me per chartarum maledicarum atque sophisticarum copiam opprimendo, Fratribus suis palmam dubiam reddidisse. Nam & ipse artificio Sophistis solenni usus, Theologorum veterum sententias, quæ motam hanc controversiam attinere videntur, cavillationibus in sinistram partem detorsit, vocabula quædam infarsit, ut aliqua specie meam, quæ veterum orthodoxorum Theologorum est, sententiam posset impugnare, aut reddere suspectam atq; calumniis imperitorum hominum opportunam. Similes strophas *Apologia Aug. Confess.* in Pontificiis Sophistis, *artic. III. p. 1. 7.* olim notavit. Quæ sane artes pessimæ, si in nostra Ecclesia invaluerint, nec illis turbarum incensoribus fibula mature injiciatur, novarum in hac, turbarum nullus erit finis, nulla tranquillitas.

At est profecto Deus in cœlo, cui Ecclesia curæ est, sunt etiam, ipsius gratia, adhuc in terra Ecclesiæ Curatores cordati & prudentes, qui improbas hæc turbidorum & invidorum hominum molitiones compescunt, neque illis pro lubitu, in innocentes tanto cum Ecclesiæ offendiculo, hoc præsertim rerum exulcerato statu, grassari indulgebunt. Ego interim Deo confisus, cum Hieropsalte exclamo: *Recedite ergo a me mali; custodiam enim præcepta Dei mei: Mendacium odi & detestor; legem tuam, ô Domine, amo: misericordiam & justitiam tuam cantabo in æternum.*

Nomini Tuo Soli Gloria!

Spa-

Spatio, quod vacat, pagellæ implendo, licebit adhuc aliquot Patrum, & orthodoxorum Theologorum testimonia de *desertione divina*, & *excacatione* in hac vita horribili, ex voluntate consequente facta, adponere.

Augustinus in tract. de *Prædestin. & Gratia* Tom. VII. edit. Lugdun. f. 1616. (alii *Fulgentio Russensi* in Bibliothec. Patrum maxima Tom. IX. f. 256. tribuunt.)

Indurare enim Deus dicitur eum, quem mollire NOLUERIT. Sic etiam excacare dicitur eum, quem ILLUMINARE NOLUERIT. Sic etiam repellere eum, quem vocare NOLUERIT.

Eucherius Lugdunensis, (qui seculo V. claruit,) in libro de quaestionibus V. T. ad *Jesaiam*:

ET de *Pharaone* scribitur: in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam. *Neg. enim dixit, in hoc te feci, ut talis esses; sed in hoc te elegi & suscitavi, cum jam te talem ipse fecisses. Ergo & hic excacati oculi eorum & induratum esse cor dicitur, quia jam se ipsi hac cacitate dignos effecerant. EXCOECAT autem & INDURAT Dominus peccatorem DESERENDO & NB. NON ADJUVANDO.* vid. *Biblioth. Patr. Max. tom. VI. p. 843. H.*

D. Jo. Försterus, *Theol. Witteb. in Problem. Theol. ex Orat. Domin. decad. 2. probl. 1. Utrum voluntas Dei una vel multiplex?*

Thes. 39. sqq. *Ceterum in hac voluntate Dei consequente, DUO sese offerunt DECRETA æquidivina, ratione duplicis hominum classis, CREDENTIUM videlicet & INCREDULORUM. ALTERUM decretum est electionis ad vitam, concernens credentes, estq. tale: VOLO & DECERNO, ut omnes, qui in Christum perseveranter credunt, habeant vitam æternam: ALTERUM decretum est judicii & reprobationis ad condemnationem, spectans incredulos, & sic habet: VOLO & DECERNO, ut omnes, qui in Christum perseveranter (ut prorsus indurati) non credunt, pereant & judicentur. De voluntate electionis hæc loquuntur dicta:*

dicta: Job. VI, 39. Hæc est voluntas ejus, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam, 1. Cor. I, 21. (εὐδοκία) placuit Deo, per stultam prædicationem salvos facere credentes. De voluntate vero reprobationis intelligenda sunt hæc dicta scriptura; NB. Non obedierunt voci Patris sui, quia Dominus VOLUIT illos occidere, 1. Sam. II, 16. Et quos vult indurat, Rom. IX, 18. & VOLENS ostendere iram suam adversus vasa ira, b. e. adversus reprobos divini verbi sui contemptores, ibid. v. 22. Cui sententiæ etiam subscribit Form. Concord. his verbis: IN EODEM NB. SUO CONSILIO DECREVIT, quod eos &c. VELIT &c.

*D. Balth. Meisnerus in Philosoph. sobr. Sect. IV.
pag. 1185. qu. 6.*

IN voluntate ANTECEDENTE Deus proponit nobis SUUM b. e. benignitatem suam, secundum quam est optimus: in CONSEQUENTE respicit NOSTRUM b. e. nostram gratiæ suæ vel ACCEPTIIONEM vel REFLECTIONEM, quo respectu justus est, quando nimirum exsequitur, quod decrevit, fideles salvando, & infideles damnando. -- Per multum vero facit hæc distinctio ad loca Scripturæ EVANGII QVAVI (contra Huberianos) concilianda. Nonnunquam enim dicitur, Deum velle omnes homines salvos fieri, 1. Timoth. II, 4. nec ullum perire, 2. Pet. III, 9. sed omnes converti, Ezech. XXXIII, 11. Alibi vero dicitur, ridere interitum impiorum, Prov. I, 26. velle quosdam indurare, & nonnullorum tantum misereri, Rom. IX, 18. Ne igitur Scripturæ scripturæ oppositæ existimetur, priora dicta de ANTECEDENTE bonitatis; posteriora de CONSEQUENTE JUDICII VOLUNTATE exponenda sunt. &c.

*D. Salom. Glasius in der Prophet. Spruch-Postill/part. II.
ex cap. XXXIII. Ezechiel. conc. 6. super v. 10. 11. p. 1244.*

*W*oraus zugleich zu ersehen/ wie nârrisch und bößlich diejenigen thun/ und wie schrecklich sie sich selbst verführen/ wâche aus fleischlicher Vermessenheit bey ihrem Schand- Leben ihnen Gottes Gnade einbilden dürfen/meynende/ sie haben Zeit zur Busse/ wollen noch wohl für ihrem Tode sich befehren und fromm wer-

werden/unterdeß müssen sie der Welt gebrauchen/und darinnen im
 Sünden-Roth der fleischlichen Lust sich welschen nach allem Gefallen. Ja
 wohl bekehren und fromm werden! Als wenn solches in mensch-
 lichen Mächten stünde/und nicht vielmehr das Herz der Menschen
 je mehr und mehr verhärtet/ in des Teuffels Stricken verwirret/
 und in den unbusfertigen ruchlosen Leben verdummelt würde/das
 hernach NB. besonders am Ende des Lebens mit der Bus-
 se es sehr schwer NB. ja auch wohl unmöglich fället. Dieweil
 solche Leute aus Gottes gerechtem Gericht in verkehrten Sinn
 dahin gegeben werden/ zu thun/ was nicht tang/ Rom. I, 28. und
 nach ihrem verstockten und unbusfertigen Herzen ihnen selbst
 häuffen den Zorn auff den Tag des Zorns 2c. pag. 1249. Von den
 höchstgefährlichen Schiffbruch am Glauben/ 1. Tim. I, 9. Damit man nun
 diesem entgehen möge/ so lasset uns die ganze Zeit unsers Lebens
 über an den Heil. Eyd Gottes gedenden/ und in steter Busse und
 Ereuzigung des sündlichen Fleisches leben/ in Betrachtung / daß
 der geschworen hat die busfertigen Sünder zu Gnaden zu neh-
 men/NB. derselbe auch geschworen habe/die halsstarrigen Ver-
 ächter (davon die Frage 180 ist) seines theuren verendigten Bus-
 Worts/von sich in Ewigkeit zu verstoßen/und sie keines Weges
 zu seiner Ruhe kommen zu lassen/Psal. XCV. Heb. III, 4. Ir. Conc.
 X. p. 1307. Über den 23. v. sqq. Ueberdiß mercket sonderlich 1.) *Dei jura-*
mentum, daß Gott der Herr auch allhier schweret v. 27. So wahr
 ich lebe; zuvor hat er mit eben diesen Worten seinen Heil. Eyd ab-
 geleyet v. 1. zu bestätigen seine unermessliche Barmherzigkeit und
 grausamen Zorn. Wer sich durch jenen Eyd Gottes zu wahrer Bus-
 se nicht will bekehren lassen/der mag NB. mit Ach und Wehe er fahren
 die Krafft dieses andern Endes. Es schweret der lebendige Gott bey
 seinem Leben. Wie schrecklich ist in die Hände desselbigen lebendis-
 gen Gottes zu fallen/ Heb. X, 31. 2.) *Peccatorum complementum*, wie
 Gott der Herr den Sündern zwar eine zeitlang zusehe/und seine Lang-
 muth gegen sie erweise; aber auch NB. ein gewisses Ziel gesetzt/
 wele

welches wenn es herbey kommen / so ist kein Zusehen noch Schö-
 nen mehr / sondern da heist es / Syr. c. V, 7. &c. Adducuntur exem-
 pla Gen. VI, 3. c. XV, 16. 2. Chron. XXXVI, 15. 16. Matt. XXIII, 38. 39.
 c. XXIV, 25. Luc. XIX, 42. 43.

It. Concion. VII. 10. p. 1253. **Am Tode/was für ein Todt wird all-**
hier verstanden? Der zeitliche und der leibliche. So meynen zwar
 etliche unter den Calvinisten zc. aber alles vergeblich / die Göttl. Wahr-
 heit muß doch unverrückt wider alle falsche Geister bleiben. So
 wird nun / sage ich / nicht der zeitliche / sondern der ewige Todt
 oder die höllische Verdammniß Apoc. XXI, 8. allhier verstanden / wie sol-
 ches erscheinet 1.) *ex vitæ oppositione*, aus der Betrachtung des Lebens/
 welches dessen Todt entgegen gesetzt wird; So in diesem Cap. Ezech. 33.
 durch und durch / (denn es gar oft wiederhohlet wird) durch das Leben das
 geistliche und ewige Leben verstanden werden muß; so wird ja traum
 auch durch den Todt der geistliche und ewige Todt verstanden werden
 müssen. 2.) *Ex mortis conditione*, der Todt / dem allein die Gottlosen un-
 terworffen zc. 3.) *Ex scriptura collatione*, 2. Sam. XII, 13. &c.

Jo. Henr. Ursinus, Superint. Ratisbon. Theologus Orthod.
 celeberr. Paralip. lib. IV. c. 3. §. 26.

HÆc (Dei) vocatio est *universalis* 2. Pet. III, 9. 1. Tim. II, 4. ex amo-
 re, quo Creator creaturam suam diligit, eique bene cupit, Sap. XI,
 24. *Quanquam justitia, voluntate consequente, fiat propter contemptum*
particularis, Rom. I, 28. ut quanquam media semper & ubique omni-
 bus obvia maneant, Pl. XIX, 1. 2. NB. *Tamen adplicatio divina cesset,*
desinat Deus operari in contumaciter spernentibus, quod per ea media
intendit. Hæc prima hujus gratiæ pedagogicæ subtractio est. Inde bar-
baries & obbrutescentia, aversio & ignorantia reprobtorum, ut nul-
lis jam neq; beneficiis neq; suppliciis se moliri sinant aut frangi, pag. 503.
 §. 30. *Quod si apud quasdam gentes per exigua aut fere nulla ejusmo-*
di reliquia (coelestis doctrinæ) adpareant; adeo ut & ipso natura lumi-
ne obruto & obscurato obbrutuerint: ipsa earum efferatio, argumento
est hunc esse justitiæ vindicativæ eventum, ponig. tales in exemplum, quo
miseri mortales perventamus, SUBTRACTA GRATIA OMNI, etiam
prima

prima hac pedagogica. Pag. 507. Ex dictis fluit, hanc primam & communem vocationem esse resistibilem & amissibilem. Nam quia quidam pertinaciter reluctantur, inde subtracta hac ipsa gratia, eo feritatis perveniunt, ut ne quidem homines ratione prediti esse videantur, Deut. XXVIII, 26. Quod terribilissimum supplicium divina reprobationis indicium, extremum est in hac vita, & in multis heu! adparet, NB. QUI ETIAM CHRISTIANI CENSENTUR. It. c. IV. §. 47. p. 511. sin impediatur subjecti recipientis prava dispositio, negligentia in audiendo & intelligendo & judicando, aut contumacia in assentiendo, aut contemptus in repudiando, NB. manente vocatione externa, jussu Dei judicio cessat interna, & tandem etiam saepe externa auferitur, Matth. XIII, 11. usq. 16. Job. IX, 4. XV, 22. Prov. I, 22. usq. 31. Luc. XIV, 21. 24. Act. XIII, 4. Amos VIII, 11. 12. Pag. 513. §. 44. Privative opposita est gratia huic vocanti justa ejus subtractio & ablatio. NB. Subtrahit autem Deus, vel manente verbi praedicatione, gratiae suae efficaciam, ut indigni audientes non audiant, Es. VI, 9. Matth. XIII, 13. 14. vel etiam ipsam praedicationem ministros evocando, Matth. X, 14. 1. Sam. III, 1. Psalm. LXXIV, 9. Prov. XXIX, 18. Esa. III, 2. Ose. I, 8. Amos VIII, 11. falsos doctores & tyrannos permittit suo immittendo, 2. Thesl. II, 11. 12. Mich. III, 11. 12. Pl. LXXIV, 3. sqq. Causa subtrahens, justitia Dei vindicativa est: impulsiva & meritoria contumacia cum ingratitude, contemptu, impoenitentia, securitate, odio Dei & ministerii Spiritus S. ejusque persecutione &c. Effectus est occaecatio, induratio & justa tandem ac horrenda damnatio.

Matth. Vogel. Abbas Albersberg. in Thesauro Bibliorum, cum praefatione & ad probat. Fac. Theol. Tubingenf. de non procrastin. Poenitent.

ETSI enim pauca quaedam dicta & exempla scripturae extant, quod NB. Deus in ultimo mortis agone deum poenitentibus non denegat veniam: E contra tamen reperiuntur quoque gravissimae comminationes, quae minantur obstinatis contemptoribus publici ministerii verbi Dei, ac procrastinantibus malitiose poenitentiam, NB. tantam gratiae privationem, ut etiamsi deinde in AGONE MORTIS VELINT, NON TAMEN

MEN POSSINT AMPLIUS VERE POENITERE, & finaliter impo-
nentes se penumero desperent ac damnentur perpetuo &c. Exemplum
hujusmodi indurati hominis memorabile B. D. Wellerus in Fascic. Vi-
ventium p. 308. seq. memorat.

Eant nunc Novaturientes, & divinae veritatis hostes ac ja-
ctitent falso totius Ecclesiae Evangelicae vel Orthodoxorum Consen-
sum, omnibus induratis & refractariis peccatoribus, usq; ad extremum
vita balitum, gratiae fores patere; ne securi peccatores, quorum ma-
xima est copia, forte terreantur aut desperent. Si haec testimonia
Orthodoxorum Theologorum pro divina veritate nondum suffici-
unt, plura dabo, cum perspicua ad sapius propositas quaestiones &
earum vindicias facta adplicatione: ut temere contradicentes, quot-
quot etiam frivolas & pulverulentas fingant distinctiunculas, publi-
ce confundantur. Sed certus sum, nullum cordatum & divinae salu-
tis oeconomia peritum Theologum, aut Christianum, coelestem hanc
veritatem impugnaturum, aut heterodoxiae nomine, quo sapius fer-
mentum animi velatur, in gratiam malevolorum traducturum esse.

Outinam nemo pereat! Sed memini DOMINE, judiciorum tuorum
a seculo, & consolationem accepi. Pl. CXIX, 52. Scrib.

Lipsiae, d. 10. Mart. A. 1701.



